[illegible] [illegible] occurrunt.

Ex libro secundo.

Nunquam mihi commentariorum vastitas placuit.
Explicationes et partitiones breves et literatas
magis soleo approbare. Sturmius.

FINIS INDICIS.

Angusta est innocentia ad legem bonum esse. Seneca.

Legum abundantia et multitudo, corruptissimae Reip. indicium est. Tacitus.

Καλῶς μὲν τρέχομεν, ἀλλ' ἐκτὸς ὁδοῦ
Strenue quidem currimus, sed extra viam.

IV

[illegible]

In

INSTITUTIONES IUSTINIANI IMPERATORIS COMMENTARIUS.

Cl: et Consultissimi Viri Dni Erasmi Ungepauri J.V.D.

Inceptum Altorfi d. 6 April. Anno 1615

THESIS I

Institutiones recte dividunt, in proœmium et Tractatum. De proœmio merito priori loco, qa nefas ē, hoc omisso, illotis ut ita dixerim manibus, ad tractationem ipsam protinus accedere, argto l. 1 ff de orig. Juris. Dn qa proœmiis dociliores reddunt lectores, pparant discentium animi, captant eorum benevolentia commemorãoe officii, excitantq attentio, magnarum rerum pollicitaõe, ut ait Balduinus in pr: proœmii.

2

Partes a. proœmii hg st duæ: Epigraphe et præfatio, in specie sic dicta. Επιγραφὴ trib. absolvit membris: Primo numinis divini invocaõe. 2 Auctoris hg libri denominaõe. 3 libri illius dedicaõe.

3

Primum membrum pmittit, pp authoritatem et raõem. Authoritas multiplex ē. Primo affert Periclis Athenien-sis oratoris exemplum, q quoties suggestum erat ascensurus, Diis vota faciebat, ne verbum se imprudente, et invito effluerct, q ad Remp. minus ptineret ut refert Loricbius in Arrestis n. 1694. 2o Platonis, q libros quos de legibus scripsit, a Deo legum conditore exorditur. Tertio Solonis, q ut Plutarchus in eius vita scribit, hunc in modum leges suas ē auspicatus:

> Principio te Rex Saturno nate precamur.
> Fortunamq bonam, famamq his legib. addas.

Quarto Hesiodi, q agricolis pscripsit, ut ante arationem atq sationem, stivam tenens, vota nuncupet Diti ac Cereri. Huc respicit Livius. dum l. 8 Decad. 4 Romanam Civitatē scribit, oib. reb. incipiendis, Deos adhibuisse. Sic et moris

Accedit et authoritas Zaleuci q in tradendis legibus, incepit initio a Diis facto, Item et Charondæ authoritas.

olim

olim fuisse ex Pausania confirmat Eustatius, ut in curiis rei auspicio Deus Deus instar celeusmatis proclamaretur.

IV.

Ratio vel necessaria est, vel probabilis. Probabilis est duplex; una ut hoc modo Imperator universis subditis, qui saepissime regis inimici fide dicuntur. (Cic. epist. 5 ad Lentulum.) notum faceret, quem Deum coleret, ansamque de se dubitandi, num Christianus sit vel non praecideret. Altera quod LL. civiles, ut plurimum negotia tractant profana. Raynaldus Corsius l. 3. Indagationum Juris Civ. c. 15.

V

Necessaria est, quia bene universa geruntur, et competenter, si rei principium fiat decens, et amabile Deo. Novell. quomodo oporteat episcopos et reliquos etc. 6. in praefat. Unde Graecum illud, Θεοῦ παρόντος οὐδὲν ἄπορον τοῖς [illegible], h. e. praesente Deo omne impeditum fit expeditum. E contra v. difficile est ut bono peragantur exitu, quae malo inchoata sunt principio. C. miramur 5. vers. principatus [innovo] dist. 61 et Can. principatus Causa 1 qst. 1. Ubi non Christus est fundamentum, ibi nullum boni operis est superaedificium. C. cum Paulus Causa 1 Qst. 1.

VI

Verum quod primum hoc membrum, opponit Franciscus Balduinus et Aldobrandinus hic, quod verba haec. In nomine Domini nostri Jesu Christi, a quodam superstitiosulo librario, temere sint ascripta. 1° quod non inveniantur in Haloandri editione. 2° quod parum conveniant praefationi, qua alium demore compellamur.

VII.

Sed a lectione nostra non recedimus, quam et constans omnium manuscriptorum Codicum fides tuetur, et sic authoritatem, auctoritati opponimus. Claudius David in velitat. legali et Gipbanius hic. Sed altera ratio ideo infirma est, quia videmus invocatione illa, in simili compellatione usum fuisse Imperatorem nostrum v. et in l. 1 C. de off. praefecti praetorio Africo l. 3 C. de veteris iuris Enucleat. Novell. 43. Nov. 134 et Nov. 139. 2° quia profitetur Imperator, se in nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia consilia, omnesque actus semper progredi. l. 2 in pr. C. de off. praefect. praetor. Africo.

VIII.

Unde et error eorum detegitur, qui verba in nomine Domini nostri Jesu Christi, ad invocationem referunt, sed ad gratiarum actionem. Confer princ. l. 2. C. de Veter. Iur. Enucleat. Nov. de armis 85. et Nov. de quaestore 80 Schneidewin, Zinnius, et Baro hic.

IX.

Alterum membrum continetur in verbis; Imperator, Caesar, Flavius, Justinianus etc. quod nihil aliud est, quam Imperatoriae Maiestatis notae, quibus Imperatores gloriantur Nov. de proconsule Cappadoc. 30 in pr.

X.

Habet autem Imperator noster nomina haec, 1° ab aliis Imperatoribus. 2° a nomine proprio. Tertio ab eventu rerum. 4° a Senatus et populi acclamationibus.

XI.

Ab aliis Imperatoribus quatuor sequentia desumpsit nomina, 1° Nomen Imperatoris. 2. Caesaris. 3. Flavii. 4 Augusti.

XII.

Primum et secundum nomen primitus inter Imperatores Romanos competiit Julio Caesari. Sueton: et Plutarch. in vita Caesaris: a quo deinceps in Augustum et subsequentes utrumque derivatum fuit. Dion l. 33. et Guilelmus Hilbenius in Paradoxis Civ. p. 305. Unde autem utrumque dicatur, tradam infra in enodatione quaestionum, quaestione 2 et 3.

XIII.

Tertium nomen Flavii videlicet desumpsit Justinianus ab Imperatore Flavio Vespasiano. Claudius Cantiuncula in velit. legali. hoc loco. Joannes Cruceus Riccardus. Aemilius. Ferretus Hotommanus. Joannes Ferrarius Montanus, et Petrus Haigius hic, qui ex gente Flaviorum oriundus. Suetonius in vita Vespasiani. Hoc nomen deinceps in posteros, Titum, Domitianum, Constantinum Magnum, et alios Imperatores propagavit. Alciatus. l. 1 parergon c. 3. et Jacobus Revardus l. 3 conjectaneorum. c. 17

XIV.

Quare errat primo Franciscus Balduinus, qui nihil certi

hic

hic dici p̄ōe putat. 2do Glossa in Rubrica cōstitutionis ōem de iuris docendi ratiōe, in verbo: Flavius, vult, Iustinianū ideo Flavium dici, q̄ devicerit Flavios. Tertio Alciatus d. loco, q pro nomine Flavius substituit Sclavius, ob Sclavos, a Iustiniano debellatos

XV.

Primus n. error, satis ex p̄cedentib. refutatr, intermedium re- fellit Mynsing. hic nō 4. Ultimum Constans oīum librorū lectio.

*

XVI.

Quartum nomen primum Octavio impositum ē. Dion. l. 43. et Suet. in vita Octavii, à quo oēs deinde Imperatores Au- gusti sunt dicti, q̄ appellatio ad Iustinianum quoq̄ p̄venit.

XVII.

Unde dicitr hic Semper Augustus, nunq̄ & colendus Au- gustus in Novel. ut nulli iudicum liceat habere servato- rem 134. Semper adorandus Augustus. Nov. de mandatis principum 17. et p̄petuus Augustus Constitutione ōem in f. de iuris docendi ratiōe. Constitutione dedit nobis in f. de confirmatiōe ff. rum. Nov. ut defuncti seu funera eorum ō insurgentes, 60 in f. Nov. de novi opis nunciatione 63. Nov. ut facta nova cōstitutionis &c. 66 in f. Novel. ut hi q obliga- tas se hre p̄hibent &c. 22 in f. et Novel. ut Clerici ap̄ proprios Episcopos &c. in f. 83.

N.B.

XVIII.

Et hoc posterius el' indicant literæ finales. P. P. A. q occurrunt in f. fin: vg proœmii Borcholdi in p̄fatione Institu- tionib. p̄fixa, et in tractatu de Feudis c. 5 nō 25. Quamvis alii velint, literis istis denotari Patrem Patriæ, q̄ hic resi- stat interpunctio

XIX.

Hoc tn̄ nomen ō solum Imperatorib. sed et ipsorum uxorib. sororib. et filiabus commune fecit. Sic Livia uxor Octavii Augusta dicta fecit. Agripina Claudii, Faustina Antonini Alexander ab Alexandro l. 1 genial. dierum. c. 2 et Theodora Iustiniani. l. princeps 31 ff de Legib. et l. bene a Zenone 3. C. de quadriennii p̄scriptione.

XX.

XX.

Unde a. Imperatores dicantur Augusti apparebit infra ex qstione 4.

XXI.

A proprio nomine ē nomen Justiniani. Cuius vita hic breviter gsideranda. Divido a. illam in ingressum, progressum, et egressum.

XXII.

In ingressu duo st ponderanda: Nativitas Justiniani, et educaão. In nativitate 4 occurrunt. I.° tempus nativitatis 2. nomen nati. 3. patria. et 4. parentes.

XXIII.

De tempore gstat, q natus fuerit, sub Zenone anno Christi 483. urbis gditæ 1235.

XXIV.

Dn dictus fuit, natus Justinianus, q nomen proculdubio ō pp avunculum suum Justinum, prodiecto nomine ex vetori adoptandi gsuetudine ei impositum fuit, ut dicam infra in qstione 5. Sed a patre nati inditum. Certum n: ē, q natu maior filius p nomen patris sumpserit, ut scribit Alexander Sartus l. 1 de moribus ac ritib. gentium c. 9. Solebant a. Romani, maribus 9 tandem die, postq in lucem editi fuissent, feminis v. 8 nunung. 7 die nomina imponere, q ante septimum diem infans pluribus casibus expositus sit, teste Alexandro ab Alexandro l. 2 genialium dierum c. 25. et Petro Gregorio Tholozano in syntagmate iuris univrsi. l. 9 c. 9. nō 26.

XXV.

Quia v. nomina ppria ad beneplacitum parentum imponi solent, argto l. si qs 4 in fi pr. ff de legatis primo, [struck] q. Euerardus in Topicis. loco ab Etymologia nō 1. rão certa dari vix poterit, unde Justiniani nomen ortum suum habeat. Quare rão glossæ, in Rubrica Cg proœmii in verbo Justinianus, q nomen Justiniani à Justitia dictum putat, q eam Justinianus semp coluerit, [struck] subditisqz colendam iniunxerit: et Ferarii Montani, à Jure, illud derivantis, elegans potius ē, q certa.

XXVI.

Patria ē Pannonia 2da, q hodie Bulgaria dr: urbs v. natalis Achrido. Novel. de privilegiis Archiepiscopi primæ Justinianeæ 11 in pr. et ibi Cujac. et Gottofredus, et Novel. de Eccle,

scarberis titulis 131 c. 3. Quod et confirmat Nicephorus l. 16.
c. 37 et l. 17 c. 28. Eum patriæ quoque suæ, scilicet Achrido, prin,
cipum honorem habens Justinianus Archiepiscopali dignitate
eam condecoravit, Ecclesiamque ibi liberam, quæ ipsa sibi caput
esset, cum plena potestate constituerit, et primam Justinianam vo,
caverit, quemadmodum, et in insula Cypro postea Justinianam secundam
eandem Archiepiscopalem, parem ei cum Achrido honorem
tribuens fecit in coniugis suæ Theodoræ Augustæ, inde
ortæ, favorem. Plura de patria Justiniani vide apud Gui,
dum Pancirollum in comment. ad notitiam utramque digni,
tatum. c. 23.

XXVII.

Parentes habuit ignobiles plane et obscuras. Paterni eius
quem similiter dictus fuit Justinianus, suum custos erat, teste
Cuspiniano in vita Justiniani. Mater vero erat soror Ju,
stini Maioris, qui similiter à teneris annis, suum boumque cu,
stos, post lignarii cuiusdam fuisse minister dicitur. Zonaras 3
Annal. et Jacobus de Strada in vita Justini et Justiniani.

XXVIII

Educatio facta est, partim domi, partim in bello. Domi à
parentibus naturalibus, in bello à Justino, cuius fuit satelles pedisse,
quus Ægidius Perrinus in vita Justiniani.

XXIX

Progressus exhibet Justiniani fortunam, quæ fuit, vel
ante Imperium adeptum, vel in Imperio.

XXX.

Ante imperium adeptum, per omnes dignitatum honores gra,
datim Justinianus ascendens, factus est, præfectus prætorio, et
Consul creatus. Zonaras, et Ægidius Perrinus dictis locis
et Pomponius Lætus in Justino. A Justino et senectuti suæ
consulere volente 4 mense ante eius obitum adoptatus, quem
propterea patrem suum vocat in § est et aliud. 3 institutis de
donationibus et § cæterum. 4. institutis, quibus non est permissum
facere testamentum. Tandemque Imperium præsentibus Epiphanio,
aliisque magistratibus et senatoribus. Anno Christi 527. faustis
accepit acclamationibus. Cuspinianus in vita Justiniani
Abbas Urspergensis, et Ægidius Perrinus in vita eius.

XXXI.

In imperio, quod exercuit, vel foris, vel domi. Foris debellavit hostes plurimos, vel per se, vel per suos duces, per se continuavit bellum Persicum a Justino patre adoptivo adornatum Cuspinianus in vita Justiniani. Per duces reliqua feliciter gessit bella, et merito hoc adscribitur Justiniano; qui enim facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum, capitulo qui facit 72 de R. J. in 6. et l. ita s. 53. ff. de administratione et periculo tutorum.

XXXII.

Domi imperium fuit, vel Oeconomicum, vel Politicum. Oeconomicum fuit in uxores et liberos. Uxores duas habuit, si credimus Ammonio Monacho l. 2: Antoniam Antoninae ~~Bili~~, Vilisarii uxoris sororem, et Theodoram foeminam formosissimam et prudentissimam, teste Procopio l. 1 de bello Persico et l. 1 de aedificiis Justiniani, quam Justinianus, semper in consilium adhibuit, ut ipsemet fatetur in Novell. ut iudices sine quoquo suffragio. ~~[illegible]~~ 8. c. 1 in pr. et ss.

XXXIII.

Liberos nullos reliquit, praeter unicam filiam Justini Junioris matrem Andreas Perinus dicto loco, et Jacobus de Strada in vita Justini Minoris. Nec mirum, usu enim saepe venit, quod libet prope illustrium virorum, aut sine liberis interire, aut tales plerumque filios habere, quod melius fuerit, rebus humanis consultum, si sine posteritate decessissent. Aelius Spartianus in Septimio Severo.

XXXIV.

Politicum Imperium Justiniani quale fuerit, inter alia tria haec ostendunt, 1o Synodus quinta, quae dicitur οἰκουμενική Philippus in Chronicis in Justinianum. 2do Splendida aedificia, aedificandi enim adeo fuit cupidus et studiosus, inquit Cuspinianus in vita Justiniani, ut ceu Christianissimus princeps, Domino nostro Jesu Christo, qui est sapientia Dei patris, templum magnificentissimum, admirando aedificio extrueret, quod ἁγίαν σοφίαν appellavit. Tertio LL. collectio, de qua in prooemio in specie ita dicto.

XXXV.

Egressus exhibet mortem Justiniani, in qua consideranda quinque

1o

Primò tempus mortis. 2. morbus. 3 causa morbi 4. sepultura. 5. Epitaphium. Mortuus est anno Christi 565. secundum computationem Reisneri, in Isagoge Historica. Morbus fuit nimia Melancholia, quae effecit, ut Justinianus, non sanus mente decesserit, teste Cuspiniano in eius vita. Causa morbi fuit secundum quosdam animi impietas. Quamvis enim in initio imperii Christianissimus fuerit princeps, postea tamen ab impiis offundi sibi caliginem passus est. Nam senex haeresi impia Eutychiana depravatus fuit, ut tradunt Zonaras. Aegidius Perrinus. Jacobus de Strada dictis locis, et Vincentius Castellanus l. 1 de officio regis c. 18. De sepultura, epitaphio, et aliis memorabilibus, vide praeter allegatos Nicephorum l. 17. c. 21. Contium et Gipbanium in vita Justiniani

XXXVI.

Tertiò ab eventu rerum tribuunt Imperatori nostro, 8 sequentia nomina: Alemanicus. GOTHICUS. FRANCICUS, GERMANICUS. ANTICUS, ALANICUS. VANDALICUS. AFRICANUS: quae nomina sunt debellatarum nationum; Quas enim Romani socordia sua amiserant, Justinianus ditioni Romanae, iterum adiunxit § 1 Inst. et Nov. de proconsule Cappadociae 30. c. 12 § 1. Plinius Paulus Diaconus in vita Justiniani Procopius l. 1 et 2 de bello Persico Blondus de inclinatione imperii Romani Decad. 1 l. 3. c. 23. Joannes Magnus in historia Gothica. Pomponius Laetus in reb. Gothicis. Aegidius Perr: et Gipbanius dictis locis.

XXXVII.

Et haec nomina cupidè principes ambiebant, et in ipsis Imperatorum triumphis et funeribus anteferebant, Confer Tacitum l. 1 et 2 Annal. Trebelium Pollionem in Gallieno, et Vopiscum in Aurelianum.

XXXVIII.

Quamvis autem tertium, quartum et 5tum nomen expungendum putet Balduinus, et Aemilius Ferettus hic, per authoritatem Pauli Diaconi, qui l. 18. de Gestis Romanorum titulos Justiniani Imperatoris recensens

illa nomina omittit. et quidam libri, quos et sequitur Joan-
nes Faber hic nō 3. pro Anticus legant Atticus.
Sed tam illi quam hi errant, illi quia nominum istorum men-
tio fit ap. Procopium l. 1 et 3 belli Gotthici. Reginonem
Monachum l. 1 Annalium. Blondum de inclinatione Imperii
Romani, Joannem Tritemium de origine Francorum.
Ægidium Perrinum d. loco, et alios. Hi quia Justinia-
num cum Atheniensib. bellum gessisse docere nequit, gessit
a. cum Antis populis. Procop. l. 3 belli Gott. Alciatus
l. 5 parergon c. 3. et Baro hic.

XXXIX

Denique a senatus populique blandientis acclamationibus
ducta sunt nomina haec. PIVS. FELIX. INCLYTVS, VICTOR,
ac TRIVMPHATOR. Claudius David in velit. legali
et Baro hic.

XXXX

Pius propter pietatem in deum seu clementiam dicitur pius hic et in
Novell. ut liberti de caetero aureo. 78. c. 5. pissimus in
constitutione tanta seu ne a. 20 de confirmatione ffrum et Pientis-
simus, in inscriptione Novel 122. Isaac. Casaub. e notis
ad Julium Capitolinum, in vita Antonini Pii

XXXXI.

Felix v. propter suam felicitatem, quam princeps subditis
procurare debet, iuxta illud Virgilii.

Sis felix nostrumque leves quaecunque laborem.

Et merito Imperator noster felix dicitur quia omnes eius conatus quan-
tumvis ardui, feliciter successerunt, teste Procop. l. 1. de aedif.
Justiniani

XXXXII.

Propter claritatem inclytus seu gloriosus, Novel. ut nulli iu-
dicum liceat &c 134 in Rubrica. et Novel. 43 propter victori-
am et triumphum, victor et triumphator.

XLIII.

Tertium et ultimum membrum, dedicat librum Justitu-
tionum in verbis, cupidae legum iuventuti salutem.
Quam dederim, duo in novo Justinianeo requirit, avidita-

tatem discendi et iuventutem.

XLIV.

Illa ideo requir. quia cuncta studia teste Seneca correspon-
dent, nihilque tam facile quin fiat difficile, si illud invi-
tus facias, et e contrario nihil est tam difficile, quod non abunde
solers quaesitor inveniat. l. quotiens. 3 C. de naufrag. l. 11.
Iura n. vigilantib. scripta sunt. l. pupillus 24 in f. ff. quae in
fraudem creditorum — et l. 6 n. 10. ff. ex quibus causis maiores. Quapropter idem
Joannem Faber in l. 9

Si quis forte velit Iuris consultus haberi.
Continuet studium, velit a quocunque doceri.
Invigilet, nec vincat eum tortura laboris.
Fortior insurgat, cunctis praesentior horis.
Nam, qui vult servare sanctorum singula festa.
Non poterit clare cum Codice scire ff. sta. Confer
Glossam in l. penult. ff. de Feriis.

XLV.

Hac v. quod contineat dicam infra in resolutione quaestionis.
Num iuventuti recte sint dedicatae Institutiones?

QVÆSTIONES.

I

Num invocatio nominis divini, sit de substantia instru-
menti?
2. Vnde dicatur Imperator?
3. Vnde dicatur Caesar.
4. Vnde dicantur Imperatores Augusti. — appellatus
5. Iustinianus an ab Augustulo sic producto nomine fuerit
6. Num Iustinianus fuerit ara[?] Basilius, — verdior?
7. Vnde dicantur Alemanni.
8. Vnde dicantur Germani.
9. Num Iuventuti recte sint dedicatae Institutiones.

ENODATIO QVÆSTIO-
NVM.

Quaestio prima.
Num invocatio nominis divini, sit de substantia instrumenti?

Tres in hac qstione, sese offerunt opiniones. prima affir,
mat. secunda distinguit, tertia negat. Qualibet opinio
ht suas raões et doctores. Pro prima sequtes faciunt
raões: Prima. Si necẽ ē oẽs provincias caput oium civi,
tatum, h.e. Romam, tam veterem, q̃ novam. eiusq observan,
tiam seq. ut fieri percipit in § fin. institutis de satis daoib.
et l. 1 § sed et si 10. C. de Vet. Iure enucl. Seqr q ius q in regia
ista urbe obtinet, similit obtineat, in reliqs provinciis et
civitatib. Atqui in Roma nova. h.e. Constantinopoli Mynsing.
Gipbanius, Schilbock. et Crispinus in notis ad dictum § fin.
moni fuit pfigere signum crucis instrumentis, q ostat ex
l. scimus 22. § sin a 2. C. de iure deliberandi, et Novel. de
testib. 90 in pr. Ergo mos ille similit in reliqs civitatib. et
provinciis observari debet, et p oseqns nomiis divini invo,
caõ erit de subita instrumenti. Verum Bartholus, Baldus,
Alexander, Jason, et recentiores communit. ad minorem
propositionem respondent; crucis pfixionem, eẽ qd. sollenni,
tatem, sed levem, sine qua instrumentum, q mõ ht citra eqnita
subsistere posit. levem n. si omittit, õ obest instrumentis, argto
l. 1 § fin. ff de inspiciendo ventre. Qua responsio bis vitiosa
ẽ, vocat n. primo sollennitatem crucis, levem; q recte negat Joan:
ab Imola, in l. 1 § hac verba ff si cui plus q p legem ie, et ibi
Angelus et Salicetus in d. l. scimus 22. Primo qa videmus
appositionem crucis annumerare Impatorem nrum in d. l. scimus.
22. sollennitatibus illis, sine qbus nullo mo instrumentum subsi,
stere pt. 2do pp § et si pfatam 4. d. l. scimus 22. ubi haec le,
guntr verba: etsi p fatam observaõem inventari faciendi
solidaverint; haereditatem sine periculo habeant. Si q o so,
lidaverint, h.e. in solidum oia capitula in inventario õ obser,
vaverint glossa. in d. § et si pfatam 4. in verbo solidaverint,
vitiabitur instrumentum. Argumentum n. à qrio sensu in iure
nro ē fortissimum l. 1. ff de offo eius cui mandata ē iurisdictio.
Everardus in topicis. loco à qrio sensu. et qn plura ad ofectio,
nem alicuius actus requirunt õ sufficit unum aut altm adhibi,
tum fuisse, nisi oia adhibeant, argto l. cum hi 8. § si ptor 17.
ff de transactionib. et ibi doctores. Tertio, qa ex sollennib. nihil
facile ē mutandum. l. binus 7 in pr. ff de in integrum restitut.

et

et a forma usitata discedi non debet. l. constitutionib. 24 ff ad municipalem. Mutaretur a. et discederetur si signum crucis salva instrumenti substa omitti posset. Quarto constat di, ligentem istam inventarii confectionem, ideo esse inventam ut fraudi et dolo occurratur, ad quod nihil magis confert, quam si iniun, gatur haeredi, ut ipse, manu sua, crucem in principio inventa, rii apponat, et sic meminerit saluti aeternae, se dolum non ad, hibiturum esse, quae certat omnia Deo esse aperta. Sichardus, ad d. l. scimus, 22. 62. no 26. Secundo non ideo vitiosa est dicta responsio, quia, ma, le dicta l. 1 § fin: de inspiciendo ventre adducitur, non vult quod levis solennitas omissa nunquam vitiet, sed tunc, si illa fuerit omissa, a rusticis et imperitis hominibus. Rusticitati n: hominis parcendum erit l. ex quacunque 2 § si quis 1 ff si quis in ius vocatus non ierit. Ab aliis quod si omittitur, licet levis sit, tamen obest. Secunda ratio. si absurdum est in instrumento consules nominare, Imperatoris v. nomen omittere, quanto absurdius erit, nomen Imperatoris terreni apponere, et coelestis omittere, a minori n: ad maius recte argumentamur. Authentica sacerus C. de Haereticis et Manichaeis. et ea quae vergentis 10 in f. extra de Haereticis. Euerhardus in Top. loco a minori ad maius Atque prius est verum. Ergo et posterius. Minor probatur per Novel. ut praeponatur nomen Imperatoris 47 in f. pr: in verbis: erit ergo ab, surdum in documentis et iis, quae in iudiciis aguntur, et absolute in omnibus, in quibus memoria quaedam fit tem, porum, non imperium sit praeponi, et capitulo 1 in pr. ibi: Im, perii illius sacratissimi Augusti Imperatoris. et § 1 ibi sed perscribatur quidem Imperium, et ibi: Imperii Iustinia, ni sacratissimi Augusti &c. Et haec sententia communis est ut testatur Emanuel Soarez. in Thesauro communium opinionum litera J. no 116. unde et voluit Abbas consilio 53 omissionem nominis Imperatoris, ita vitiare instrumentum, ut non valeat contra, tractus in gerium, cum d. Novel. 47 inducta sit in honorem princi, pis cui inferior derogare non potest, maxime cum in dicta Novel. in pr: bis repetatur potissimum verbum dispensationis exclusivum, omnino et verbum, omnium honestius. Tertia ratio est: Quia prae, pitur in d. Nov. 47 capite 1 § 1 ut instrumentum quodlibet incohetur a nomine Dei, non itaque poterit in instrumentis omitti nomini divi, ni invocatio. Et quamvis ex forma instrumenti faciendi, ibi: et in pr. d. capitis 1 praescripta in principio seu initio instrumenti non Dei, sed Imperatoris nomen ponendum esse colligi possit: tamen sciendum est

Aprilis 14. Ao 1615.

princi-

principium ō uno mō capi, denotat a. sic principium primam partem instrumenti argto l. sigs 22. in pr. de ff de legatis 3. ubi p te, stamenti principium ltgr. prima pars testamenti seu primum capi, tulum. Sic iudicium dividit in tres partes, in principium, me, dium et finem, ut colligit ex authentica ad hæc C. de iudiciis. Prin, cipium extendit se, usque ad litis gestationem inclusive, medium usque ad causæ gelusionem, finis usque ad sententiam. Bartolus in l. sure manifestus 3. no 6. ff de penis. Poterit ġ in principio instrumenti poni tam nomen Imperatoris, q dei invocao, modo una pcedat, illud v. sequat. Non n: pcepit in d Nov. 47. c. 1 q debeat Imperatoris nomen poni, in primæ partis principio seu initio. Sed sufficit, si modo in primo capite repiat. Quarta rāo. Omissio rei arduæ et ē sim, pliciter narratæ vitiat actum et instrumentum, in quo ē narrata, ut patet. Atqui omissio invocaōis nominis divini, ē rei arduæ et simpliciter narratæ omissio. Ergo vitiat actum et instrumentum in quo ē narrata. Minor propositio probat, q a lex nihil ē q ad religio, nem ptinet, unde et pcepit ut in oi negotio, divinum nomen in, vocemus in 1 ad Corinth. 10 et ad Colossen: 3. Vide ea q̄ s̄ dixi in thesi s. Quinta rāo: Sic facit capitulum in nomine distinctione 23. et oia ista loca de qbus s' in thesi 7. et si q alia st in qbus fit nomi, nis divini invocaō. Ergo illa similiter fieri debet in oib. instrumen, tis. Sexta rāo: Quia Imperator Maximilianus in Comitiis Coloniensib. Ao 1512. S. darumb so gebieten wir. gstituerit ut in oibus instrumentis publicis, divini nominis fiat invocaō. Unde a notariis Impialib. in Impio Romano sine vitio nullitatis, omitti ō poterit. Chilianus Koenig. Parte tertia sui processus c. 40. Nicolaus Hontemius l. 2 de arte notariatus c 6. no 19 et Mynsing. ad capitulum 1 no 13. extra de fide instrumentorum. Formulæ latinæ, qbus notarii utunt teste Hontemio d. l. no 28, tales feré st. In nomine Dni Amen. 2. In nomine Dni nri Jesu Christi. amen. 3 In nomine Patris, filii et spi, ritus Sancti Amen. 4 In nomine Dni nri et salvato, ris Jesu Christi. Amen. Et in hac opinione ē Glossa in d. Novel. ut p ponat nomen Imperatoris 47. c. 1 §. 1 ibi: Deo autore. Fulgosius. in pr: Codicis. Henricio de Piro in proœmio institutionum, et Bernhard. Walterus libro 2 Miscellanea: c. 1. Secunda opinio distinguit inter causas, parvas seu breves, et magnas seu p petuas, ut in illis invocaō nominis divini negligi possit, ō v.

4

in hui, Rão ē quod ex q̃ modica st, in consideratioem ō veniant. l. scio 4 ff de in integrum restitutionib. ibiq̃ bd. et Celsus Pargal. l. 4 de dolo c. 2 no 99. Quia a. dicatr parua seu breuis cā, ō adeo certum ē. Sunt n: q dicunt causam istam ō excedere, quantitatem 50 aureorum, aliis consistit intra valorem 5. aureoꝝ. Alii v. ttgunt de decem aureis, alii de duobus, alii extendunt, usq ad decem libras auri, ut notat Gloss. in Aut sent. nisi breues. C. de sententiis ex periculo recitandis. Accipitr a. libra auri pro 20 solidis duobus l. quotienscunq 5. C. de susceptorib. l. 10. Alii deniq rectius relinquunt hoc iudicis arbitrio. Quia in sententia ē Hugolinus, Bartolus, Cynus, Sichardus, et alii in d. Aut sen: nisi breues. Et sane eandem opinionem defendit Speculator, de instrumenti editione § breuiter no 2. et Joannes Faber in prooemio institutionum no 3. Tertia et ultima opinio, ~~affirmat~~ negat nominis diuini inuocationem ēē de substa instrumenti, quod approbat Joannes de Platea, in l. gnrali C. de tabullariis l. 10. Paulus de Castro in l. iuris gentiu, § si paciscar. ff de pactis Alexander de Imola in Rubrica ffrum de noui opis nunciatione no 10 Bartolus in l. 2. § prius 4 ff de vulgari et pupillari substitutione no 5. et in repetitione legis si qs ex argentariis 6. § simititum 6. ff de edendo no 2. Angelus ~~[illegible]~~ Aretinus in prooemio Institutionum. Alciatus l. 9 parergon c. 6. Couarruuias Practicarum qstionum c. 20 no 1 Rolandus a Valle de inventarii confectione. Sonel. in l. 15 C. de fide instrumentorum. Reisnerus in tractatu de testamentis parte prima c. 11 et volumine 1 decisionum decisione 1. Georg. Acatius Enengolius l. 1 de priuilegiis iuris ciuilis c. 9 no 16. Thomas Lyrius et Sneydewinus ad prooemiu Institut. Quia et opinio ceteris probabilior et verior vi„ detr ꝑ sequentia argumenta, quorum primum n ē. Noua ō st inducendae formulae, qbus instrumenta infirmantur, sed commodius ē id accipi, quo res qua de agitr, in tuto sit. l. quotiens 8o ff de V. Oblig. et l. ubi ē 21 ff de rebus dubiis. Atq si dixerimus instrumentum vitiari propterea q nomi„

nis

nis divini invocatio in eo omissa sit, tunc ea ratione, induceretur nova formula, et facile periret res ob defectum probationis. quod alias ex instrumento peti potuisset, nisi propter novam formulam fuisset labefactatum. l. 1 ff de fide instrumentorum. Ergo etc. Verum regerit Bernardus Walterus d. loco Sane formulam novam dici non posse, cum ante aliquot secula in usu fuerit. Contra quem dicimus verum quidem esse formulam istam non per sese sed respectu instrumenti, ut eidem narratio inseratur novam esse. Hoc enim inauditum est in iure nostro Civili, ut nisi inserta fuerit formula ista instrumento, instrumentum nullitatis accusari possit.

Secundum argumentum] Omissio levis et modicae solennitatis non vitiat instrumentum, Invocatio autem nominis divini in instrumento est solennitas levis et modica. Ergo eius omissio non vitiat instrumentum. Maior propositio probatur l. 1 § fin. ff de ventre inspiciendo. Nec resistit supra allata responsio, quod omissio levis solennitatis vitiet nisi fiat a rustico, quia respondet Alexander ab Imola d. Rubrica nro 12 sensum d. § fin. esse, quia omittantur ea quae levia sunt, et a quocunque omittantur non vitient sicut etsi propter rusticitatem illa omittantur succurritur rustico. Unde sequitur in omissione quae fit in levibus et cuicunque succurritur. quia in aliis de quibus ibi, et regulariter solum rustico succurritur non vero alteri. Minor propositio est Civilistarum, ad d. rubricam ff. de novi operis nunciatione, et Canonistarum, in cap. 1 extra de fide instrumentorum. Nec impia: licet enim natura Dei auxilium in omnibus actionibus nostris dictet implorandum non tamen requirit natura, ut invocatio illa praedictis literis exprimatur, et scribatur in instrumento, eo quod respectu non peccas, sive Deum invoces, sive non invoces, modo corde id facias.

Tertium argumentum. In testimoniis caeterisque probationibus invocatio nominis divini, non de necessitate requiritur, ergo nec in instrumentis illam requiri, cum similiter probationis causa

B

ficant

frant, d. l. i ff de fide instrumentorum. Atq prius ē extra
ḡtroversiam. Ergo et posterius. Quartum argu„
mentum probatiōes s̄t magis ampliandæ q̄ restringendæ.
l. carent 22 ff de testib. At si invocatiō strictè sit observan„
da magis restringerent, quam ampliarent probationes.
Ergo ꝛc. Verum dicunt adversarii, quēadm̄ ō ōis proba„
tionum ampliatio licita ē, sed illa demum, quam lex
inducit, sic quoq ō ōis probatōum restrictio ē vitup„
anda, sed illa demum q̄ ē ꝗ leges efficta et excogitata,
sed p̄supponunt restrictionem istam ēē desumptam ex
legibus quod negamus. V. Si invocatiō nominis di„
vini ē desubita instrumenti, aut p̄cedit a. seqr nomen
Imperatoris. At ō seqr, q̄a digniora p̄cedere debent, ut
notat Gloss. et Dd in § fin: institutis de iure N. G. et C.
et in l. 2 ff de statu hoium. Nomen a. Dei dignius ē
nomine Imperatoris, q̄ apparet. Nec et p̄cedit, quodcunq
n: p̄sum ē in prima parte instrumenti illud aliud ante
se habere ō pt. Constitutio ōem § nos v. 2 de iuris
docendi rōe. Atq nomen Imperatoris, primum ē in
prima parte cuiuslibet instrumenti. Ergo nomen
Imperatoris in instrumento aliud ante se hre ō pt.
Minor propositio confirmatr p d. Novel. ut p̄po„
natr nomen Imperatoris 47. capitulum 1 in verbis:
hoc modo incipe in documentis, imperii illius sacra„
tissimi Augusti Imperatoris, et § 1 eiusd. c. 1. ibi
sed p̄scribatr q̄d. imperium, sequatr v. consul. et in„
dictio, atq mensis et dies, et ibi: et indocti mox
ab hoc deo a p̄cedente prima indictione, itaq̄dam
modo eis scribentib. Imperii Iustiniani sacratissi„
mi Augusti. Nec resistit illorum responsio, q dī„
cunt propositum fuisse Imperatori, in d. Novel. 47.
capitulo 1. ō ut p̄ferat Imperium invocatiōi, et sic illam
penitus ab instrumentis removeat, sed tn̄ ut p̄ferat
nomini consulis: q̄a hæc replicatio doceri neqt, q̄m
et infringitr sexto argumento, q̄ tale. Cessante rōe
iuris, cessat quoq iuris dispositio. Atq rōo iuris

q vult ut apponatur Imperatoris et consulis nomen in docu,,
mentis, cessat in invocatione dei. Ergo cessat quoque ciris
dispositio, hoc est, non debet apponi, ut apponitur Imperato,,
ris et consulis nomen. Minorem probo: Ratio cur nomen
Imperatoris et consulis desideretur in instrumento est, ut ex
maioribus et perfectioribus temporum designetur cursus. ut
sunt verba d. Novel. 47. in pr: Atque cursus ille temporum
colligi nequit, ex nominis divini invocatione. VII.º et ulti,,
mo facit, quod haec sententia sit communis, maior enim pars, veri,,
tatem magis praesumitur investigare. Canone in Canonicis
6 et ibi Glos: distinct: 19. Unde Arist. l. 1 Topic. quod videtur
omnibus aut plurimis aut sapientibus, id probabile esse censet,
dum est, et in libro de divinatione per somnia, quod omnes, ait,
aut complures sentiunt aut dicunt, id falsum esse non est pu,,
tandum. Quare manet nominis divini invocationem
non esse de substantia instrumenti. Non resistunt rationes pro
affirmativa sententia adductae, non prima, quia nego consequentiam,
nihil enim commune habet appositio nominis divini, cum appo,,
sitione signi crucis. Signum crucis apponitur in inven,,
tario, non a notario, sed haerede. Non iniungitur ibi, haeredi
non omni, sed tantum ignaro literarum ut crucem apponat. d. l. 22
§ 2. ibi: vel si ignarus sit literarum, vel scribere prae,,
pediatur speciali tabellario ad hoc solum adhibendo, ut
pro eo literas supponat venerabili signo antea manu
haeredis praeposito etc. quod dicat textus, quia imperiti literarum
non possunt per se ipsos legere, nec subscribere, et ideo licet
subscribant per alium notarium, tamen debent et ipsi aliquid
facere, quo declarant se non ignaros fuisse dolo, hoc est appin,,
gere crucem, quod cumque possunt facere homines, utcumque
rudes literarum, quod tamen apponere nequeunt invocationem.
Ad 2dam rationem respondeo, non absurdum esse nomen consu,,
lis et Imperatoris in instrumentis ponere, omittere vero
nomen dei. Ratio enim: quod nomen Imperatoris et Consulis requirit
non aeque requirit invocationem, ut dixi in argumento 6. Ad ter,,

tium

tiam dici pt, verba, et includitur mox authore Deo. q occurrunt in d. Novell 47. c. 1 § 1. posita ee boni ominis causa, seu referri ad indictionem primam, cu-ius ibi fit mentio, q currit authore Deo, hoc e. Deo ita disponente et providente. Quibus verbis respondet q alibi dr. Deo favente sermoni. Novell. de testib. 90 c. 1 Annuente Deo, § quorum 2 in proaemio Institut. et l. 2 § 13 C. de officio pfecti ptorio Africae. Deo authore. in Novel. de privilegiis Archiepiscopi Iustinianeae Deo auxiliante l. 1 § 1 et 2 et 8 C. de Officio pfecti ptorio Afr. Dei auxilio d. l. 1 § 2. Deo iuvante d. l. 1 § 5 et d. l. 2 § 10 § 13 et § 18. et Deo volente d. l. 2. § 19. Aut tertio velle in instrumenti confectione, ut et caeteris oib. nris Dei auxilium ee implorandum, q v. invocatio ista fieri debeat expssis literis, ibi o asserit. Quod a. o cum lege agimus erubescimus. Novel. de triente et semisse 18 capitulo 5. In quarto argumento st 4 termini. Maior n. propositio loqr. de soli re naria, q perse adhiberi debet, et sine qua actus nullus e. Minor v. propositio assumit de nominis divini invocatoe, q qd. res e naria et ardua, sed o ita naria, ut instru-mentum sine ea subsistere o possit. Ad quintum argumentum, quod allatum e ex capitulo, In nomine; responderi pt, qstionem ibi o ee, de instrumentis confici-endis, sed q pontifex, episcopi, abbates, presbiteri et alii, in nomine Dni nri, et salvatoris Iesu Christi convenerint, pp. praeceptum Apostoli, sive manducatis sive aliqd aliud facitis, In nomine Dni nri Iesu Christi fa-cite, in quo vivimus, movemur et sumus, capitulo o obiervetis causa 26. qstione 2. Ad sextam raoem respondeo qstionem nram ee de iure Iustinianeo, decisionem itaq illius, aliunde quam ex fonte iuris civilis hau-stam et depromptam merito o admittimus. Dni 2da opinio male distinguit inter causas magnas et

parvas

parvas. Nec d. l. scio 4 vult quod quis fuisse audiendus si sit pro minimam rem vel summam, sed si maiori rei vel summae praeiudicet l. res 54 ff de contrahenda emptio, vel l. ad rescindendam 4. l. si voluntate 8. C. de rescin,, denda venditione, et l. 1 § illud 10 ff de coniungendis cum emancipato libris. Antonius Faber in rationalib. ad d. l. 4.

Quamvis itaque decens sit pro modico non litigare, nec iu,, dicem ingetare l. si merces 25 § vis 6 ff locati. Nemo tamen tenetur minimum et negligere. l. si proprietarius 26 22 in pr. ff de damno infecto l. in rebus 18 § possunt 2. ff commodati et l. omnino 12 ff de impensis ~~xxxx~~ in res dotales factis. et iudicis est parvum ita iudicare sicut magnum capit. novit 13 extra de iudicii.

QVAESTIO II

Vnde dicatur Imperator?

Tribuebatur olim hoc nomen illi a quo summa rei militaris gereretur. Vnde Imperator dicitur ab imperando exer,, citui. Petrus de Andlo l. 1 de Imperio Romano c. 7. Confer Tacitum l. 3 Annal. Plutarchum in Crasso Carolum Si,, gonium in fastis, et Pontanum in parte posteriore l. 3 pro,, gymnasmatum, etc. In successu temporis ei tamen qui certum numerum hostium externorum prosternens optimam militiae specimen dedisset, datum Plinius l. 7 Natur. historiae. et Bartholdus **Pratteius** in Lexico Iuridico in verbo Imperator. Vnde Appiano l. 2 bellorum civilium quondam ait, omnibus praeclarissimis facinorib. id nomen obtigisse, suo tempore, ei tributum, qui de hostibus decem millia stra,, visset, et Cic. Philipp. 14 refert oportuisse eum qui imperator dici vellet, sua manu mille a. duo millia hostium occi,, disse, vel servitutis liberatorem fuisse. Tandem nomen hoc Imperatoris ad eum translatum est, qui summum in repub. obtinuit Imperium, ad denotandam sacrosanctam ipsius dignitatem Dion. l. 43 Isaacq Casaubo: in animaduer,, sionib. sup Suetonium in vita Caii Iulii Caesaris. Panciroli[?] tit. de variis Imperatorum nominib. c. i[?] ita,

cirimus Stephanus. de Jurisdictione l. 3. c. 1. no 1.

QVÆSTIO III

Vnde dicatur Cæsar?

Cæsaris nomen primum fuit gentis, postea nomen digni„
tatis. Gentis: in gente n: seu prosapia Julia, q teste
Carolo Sigonio in l. de nominib. Romanis, ab Julo
filio Æneæ Troiani, à quo Æneadæ Impatores
vocant. Novel. ut pponat nomen Impatoris 47. in
pri l.s: bnus Scipio Gentilis lib: singul: origin: in
verbo Æneades, originem traxerit, duæ extiterunt fami„
liæ, una Juliorum nomine, a dicto primo gentis au„
thore Julo. Altera Juliorum Cæsarum, a Sexto Julio
Cæsare, q vixit anno belli punici II urbis cdite 546.
nuncupabat Joanes Glandorpius in genealogia gen„
tis Juliæ. Ex hac posteriore familia ortus ē C. Julius
Cæsar. abnepos Sexti Julii Cæsaris. Suetonius in Julio
Cæsare, q summo orbis terrarum arbitrio, q nos obti„
nemus, bonum dedit principium: qua et de cau„
sa ap oēs terræ populos, nominati primum Cæsaris nomenē
et nos pter oēs, alias Impatoriæ Maiestatis notas, eo
gloriamur, inqt Justinianus in Novel. de proconsule.
Cappadociæ, 30 in pr. dignitatis: vel cum impio vel
sine Impio. cum Impio, qndm n: Lydorum reges oēs di„
cebantur Halmes. Bythiniæ. Nicomedes, Latinorum.
Marrabni, Albanorum Sylvii. Ægiptii Pharones. Athe„
niensium Cecropidæ, Corinthiorum Cipselidæ, Palasti„
norum, Abimelechi re. teste Alexandro Sarto l. 2 de mo„
ribus ac ritibus gentium capite 12. et Alexander
ab Alexandro l. 1 genialium dierum c. 2 sic geminq
extincta prius in Nerone Cæsare Julia, et oī Cæsa„
rum nobili familia. Cuspinianus in vita Neronis, ad
culmen Impatoriæ maiestatis ascendebat Cæsaris no„
mine utebatur d. Novel. 30 in pr: Sine Impio q succes„
sioni ab Augustis, pp pclaram indolem erant destinati,
veluti Candidati Impii, principes iuventutis, Cæsares,
Nobilissimi Cæsares, et nobiles pueri vocabant. l. nemo

humanum 14 C. de religiosis et sumptibus funerum. et l. etri 7. C. de Maleficis et Mathematicis. Aelius Spartianus in Aelio Vero. et ibidem Casaubonus in notis. Jacobus Pontanus. l. 3 progymnasmatum parte posteriore. Rosinus l. 7 antiquitatum c. 13. Joannes Glandorpius in commen: ad Julium Caesarem in pr: Bodinus l. 6. de repub. c. 5. no 723. Albericus Gentilis in lectionibus Virgilianis c. 9 et Bonellus 17 commentariorum. c. 24. fol. 102. quemadmodum in Hispania infantes regni, in Galliis Delphini, in Anglia Principes, in Scotia principes Scotiae, in Germania Reges Romanorum vocantur. Bodinus. d. loco. Brissonius. de verborum Sig: in verbo Caesar. et Arnoldus Clapmarius l. 3 de ~~arcanis~~ arcanis Rerumpub. c. 10. Ex his siquidem constat, errare primum Latinos et Graecos Scriptores, qui existimarunt C. Julium Caesarem cognomen hoc invenisse. à caeso matris suae utero, quasi mortua matre, caesoque ventre natus sit. Nam constat Aureliam Caesaris matrem mortuam esse Caesare bellum in Galliis gerente. Suetonius. Cuspinianus, et Plutarchus in C. Julio Caesare. Isaacus Casaub. in animadversionib. Suetonii d. loco. Secundo, Glossam, quae in rubrica constitutionis de iure docendi ratione in verbo Caesar, putat Augustum propterea vocatum fuisse Caesarem, vel quod ventrem matris fecerit aperiri, ut videret locum in quo esset conceptus, vel quia Caesaream devicerit. Tertiò, eos qui Caesarem dicunt a caeso elephante, propterea, quod C. Julius Caesar in Africa elephantem occiderit, cuius effigiem et numismati ab una parte cum hac inscriptione. Caesar: imposuerit: ab altera vero instrumenta, quibus elephantes Romani occidebant: Sunt autem instrumenta illa albogalerus, vel tutulus, secespita, aspersorium, et vas sacrificale. Nam quae hoc tradunt infimae sunt authoritatis scriptores. Spartianus vero et Servius. ut ait Ludovicus Vives, et Levinus Torrentius in additamentis ad Suetonium, de Gentis Juliae, Juliique Caesaris origine. Tertiò, notum est ex Carolo Sigonio l. 1 de nominib. Romanis. instrumenta illa Pontificalia ac religionis

potius

Gulielmus Godelevaeus

potius fuisse insignitas, quae divo Julio Caesari consecrato inque Deos relato ab Augusto tributa sunt, qui in patris Pontificis Maximi demortui honorem, nummum istum percussit. Confer Joannem Rosinum l. 3 Antiquitatum c. 15. et c. 32. Verius quod est primum hoc nominis a caeso matris utero dictum esse Caesarem. Plinius l. 7. c. 9. Suetonianus in Vita Caii Julii Caesaris Blondus l. 8 Romae triumphantis. Joannes Glandorpius in Commentario ad C. Julium Caesarem. Menochius l. 2 arbitrariarum judicum quaestionum. Centuria 4 casu 357. Joannes Britannicus in Persium Satyra 1. Wilhelmus Godelevaeus in observationibus Livii l. 2. Martinus Philetius in 10 epist: fam: Cic: epist: 1. et Christianus Becmannus in Originibus in verbo caedo. Seu ab oculis caesiis, quod quia excellunt oculi caesii (dicitur: minerva γλαυκῶπις ap Homerum Iliade α.) praestantissima fuerit oculorum acie, Isaac. Casaub. in notis ad Spartianum in vita Aelii Veri. Vel a Caesarie, quod cum magnis crinibus utero parentis sit effusus Spartianus d. loco. Thomas Aquinas l. 13 c. 12 de regimine principum et Petrus de Andlo l. 1 de Imperio Romano. c. 7 quamvis, fatear et has opiniones meris nitii conjecturis, quapropter unde primus Caesar dictus sit, meo judicio vix ex historicis erui poterit.

QUAESTIO IV

Unde dicantur Imperatores Augusti?

Dicitur Augustus duplici respectu electionis et gubernationis. Electionis ab Auguriis vel, quia auspicato ac divinitus eligitur. Cujus in salute, tanquam basi ac fundamento, salus Reipub. innititur, optimis auguriis et faustis ominibus est dignissimus, inquit Hegius hic no. 38. Unde Veteribus Augustus quasi sanctus, augurio consecratus, auctusque Jovis ope. Suetonius in Augusto. Graecis Σεβαστός, venerandus, vel a Deo designatus dicitur. Buorenus c. 1 de variis Imperatorum nominibus. Pyrrhus Perottus, cornucopiae. Corasius 3 Miscel. c. 22. no 5. et Dresserus in millinario 4 Isagoges Historicae.

flamine loca religiosa, et in quibus augurato quid conse-
cratur augusta dicunt, ab auctu, vel avium gestu
gustuve Carolus Sigonius in fastis. Confer Corasium
in l. 2. § Dn̄ Cornelius nō 18. ff de origine iuris et l. 3
miscellane: iuris civ. c. 22. nō 5. 6. 7. Gubernatoris
ab augendo, quia ponitur imperio ut semper augeat illud
et amplificet. Primo quia hoc confirmat Egesippus l. 5.
belli Iudaici, ubi Augusti apud Romanos nomen imperii
esse scribit, quod augeat suos, non quod alienos opprimat. et
Eutropius, quem citat, Carolus Sigonius in fastis Caesar
inquit, cum ex Oriente victor reversus esset, tum primum
Augustus, eo quod rempub. auxerat, consalutatus est. Glossa.
in hoc proemio. Bocerus tractatu de investitura feudi.
c. 3. nō. 67. et Petrus de Andlo l. 1 de imperio Rom:
c. 7. 2° Phrasis ista germanica Zu allen zeiten mehrer
des reichs: Unde est, quod Imperator, et quilibet Rex in sua corona-
tione iurare tenetur, se non diminuere, sed augere imperium
velle, capitulo intellecto 33. extra de iureiurando
Nec obsistit, quod quidam obiiciant, nullum fere nostra
aetate, se vere denominare posse Augustum, cum plerique
potius angustent, quam augeant Imperium, quia Etymo-
logia hoc sumpta est ab eo quod rationabiliter inesse debet
nominato, quod licet esset, non tamen propterea desinit esse Imperator
Augustus. Everhard. in top. loco ab Etymologia nō 9.
Aliam solutionem vide apud Gloss. in l. un: de novo
Codice faciendo in verbo Augustus et in l. 10 in
littera a. ff de iustitia et iure et Sichard. in rubrica
Codicis de nuptiis, nō 5 et 6.

QUAESTIO V.

Iustinianus an ab Avunculo Iustino pro-
ducto nomine fuerit appellatus?

R. Negavi hoc supra in thesi 24. Ratio est prima
quia, reclamat constituto olim in producendis adoptatorum
nominib. usitata, institutum n: est, refert Dion l. 46.
suae Historiae, ut quod adoptatur, ab adoptante appella-

tus,

tionem accipiat, nomen tñ alicq eorum, q̃ prius gessit, aliq paulò formatum servet. Sic Caius Octavius postq a Caio Julio Cesare ẽ adoptatus, Caius Julius Cesar Octavianus coepit appellari, ut et Publius Cornelius Scipio Æmilianus. Lucius Manlius Acidinus, Vulsianus et Publius Licinius Crassus Mucianus, à patrib. suis adoptivis. Si itaq nomen Justiniani à Justino avunculo descenderet, dicendum foret, ñ adoptati sed patris adoptivi nomen, aliqua ex parte commutatũ fuisse, q̃ historiis græcatur. Secundò: qa nondum facta adoptione a. eius secuta mentione dictus fuit Imp. pater noster Justinianus. Tertio: qa nomen aliud ñ occurrit, q Imperator nr ante adoptionem habuerit. Et hoc ita statuunt Homanus et Anton: Contius in vita Justi. et Forsterus in Justinianeis tractat: disp: 1 thesi 4. Nec resistit l. Lucius 45 in pri in vbi: Titianus legitimus filius ff. de vulg. et pupil. substip: ex qua Antonius Augustinus l. 3 emendaõum c. 8 conatur probare, interdum patris adoptivi nomen flexum fuisse, qa verba hæc accipi possunt de filio q̃sito ex iustis nuptiis, ñ v. adoptivo: Cujac: l. 13 observaõum, obervaõe 10. Nñ ẽ resistit adoptio Justiniani, ñ n: oem adoptionem seqbatur nominis mutatio, q testantur Aurelius Orestes. Calpurnius Piso. Marcus Junius Brutus, à Cneio Aufidio. Marco Pupio, et Q. Servilio Coepione adoptati, q tñ ñ appellabant Aurelianus, Calpurnianus, Junianus, sed Cneius Aufidius Orestes Marcus Pupius Piso, et Q. Servilius Coepio Brutus. Carolus Sigonius. lib. de nominib. Romanorum titulo de prænominibus imponendis.

QVÆSTIO VI

Num Justinianus fuerit ἀναλφάβητος rudior?

Justinianum fuisse imprudentem, stupidum, hominem socordis ingenii χηνεμωγάλωπεvον, et rudio-

rem

rem a rad. Capitulo, tentant hoc probare Cuspinianus
in vita Justiniani. Joannes Magnus l. 13. Historiae
Gothicae c. 24 et 25. Tiraquellus de Nobilitate c. 31. no 536.
Bodinus l. 1 de Repub. c. 3. no 17. Ravardus l. 4 Variorum
c. 10. Vincentius Castellanus l. 4 de Officio Regis. c. 22
Petrus Gregorius in Syntagmate iuris universi l. 47.
c. 11 no 2 Antonius Faber l. 8 coniecturarum c. 11.
et in praefatione rationalium, et alii. Coniecturas Tori-
dicas affert Laurentius Valla l. 6. elegantiarum c. 36.
prima est, quia Justinianus semper in Graecia vixit. Altera quia
se dominum, ut ex numismate eius apparet, dici voluit.
Quibus tertia adde potest, quod Justinianus semper uxorem suam
Theodoram in consilium adhibuerit, de quo supra in thesi 32.
Verum licet in potestate nostra non sit, suspiciones homi-
num prohibere, tamen opera est danda, ut omnibus viribus Justini-
anum nostrum, optime de republica meritum ab iniuria
et calumnia liberemus. Itaque prioribus opponimus
aut horitatem et coniecturam. Authoritatem Justiniani
et historicorum. Justiniani: fatetur nam ipse in l. 2.
in fine princ. C. de Vet. J. E. se semper investigando et
perscrutando, quicquid dubium et incertum, in compositione
iterum inveniebat, recte emendasse, et in competentem
formam redegisse, et in his quas ex omnibus 6. iuris prooemii
profitetur se institutiones modo compositas legisse et re-
cognovisse. Coniunge principium Novel. 8. Et quis
iuris sit, neminem in re ~~sua~~ propria testem esse posse, l. nullus 10
ff de testibus et l. omnibus 10. C. eodem. Hic tamen ~~fallit~~ valet, si testimo-
nium illud non fiat in alterius iniuriam. Et constat ex Novel.
ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant 58 Ju-
stinianum ~~V~~eracium, solummodo ex amatorem. Alii addu-
cunt pro confirmatione l. omnium 19 C. de testamentis, in verbis:
toto iure quod in nostris scriniis est constitutum, et per scrinia
pectoris scrinia intelligunt. Verum falluntur scrinia enim ibi
vocantur epistolarum, l. matriculam 3 in fine C. de agentib.
in rebus. lib. 12. Donel. l. 6. comment. c. 6. et Waltheno
l. 1 miscellaneorum c. 34. Historicorum: Procopii l. 1. belli

f valet.

Van

Vandalici, q a consiliis fuit Belisarii Joannes Cuspinianus in vita Justiniani, et ita de nro lagr Imperatore. Erat cum in repetendo, et investigando ingeniosus, tum ad ea, q semel decreuerat, ppetranda impiger, idem l. 3 belli Gothici solitum eum scribit, cum libros sacros ipsum pvolutare, tum de rebus et qventis Ecclesiasticis, cum Episcopis et Presbyteris studiose qferre in multam usq noctem. Immo scribunt Antonius Sabellicus. Platina in libro de vitis Pontificum in Bonifacio 2. et Isidorus Justinianum pium et elegantissimum librum de incarnatione Christi scripsisse. Conjecturam: on: verisimile e Justinianu sub quo multi floruerunt Jcti doctissimi, Medici, Oratores, Historici et Poetae, de qbus oib. videndus e Cuspinianus in vita Justiniani, hominem fuisse plane indoctum, et ut putant stolidum. Ex his qstat nullius pretii fuisse ee priorem oppositionem. Ad 2dam responderi pt Justinianum exlo aliorum Imperatoru sese Dominum appellasse. et quamvis Augustus Dni appellaone ut male dictum et opprobrium semp exhorruerit Suet. in Augusto c. 53. et Tiberius contumeliae loco reputaverit Suet. in Tiberio c. 27. Quos et secutus e Alexander Severus, q se Dni nomine appellari vetuit Lampridius in vita Alexandri, tn ea appellao postea invaluit. Sic n: Traianus saepe appellatr Dominus a Plinio Juniore in Panegyrico et Antoninus ap Volusium Metianum Jctum in l. 9 ff ad l. Rhodia de iactu. Et ap Marcellum Jctum in l. 3 ff. de his q in testamento delentr, et Imperatores Valentinianus. Theodosius et Arcadius principem vocant absolute Dominum l. nemo 3 C. de Episcopali audientia. Tertiae oppositioni opponimus illud Lipsi in notis ad l. 2 Polit. c. 17. qn ait, ut supra mulierum ita consilia, o semp st damno: utiliter n: saepe ear principes audiret: psertim si qua a natura paulo magis facta ad prudentiam et virtutem. Prudentissimam a. fuisse feminam Theodora

testatr Procop. l. 1 de bello Persico et l. 1 de aedif. Iusti,,
niani

QVÆSTIO VII

Vnde dicantur Alemani? R

Qua in quaestione mire variant Autores, alii n: deri,,
vant Alemanos, a Lemano lacu, ut testatr Philipp9
in Chronico Carionis l. 3 in Valerio Probo. et Hen,,
ricus Sch[illegible] hic. Alii q sit collectitia multitu,,
do diversorum hominum, quasi Allerleyman q conv,,
nit ad libertatem recuperandam pp tyrannides Ro,,
manorum ducum. Philippus d. loco. et Myns. hic.
Alii putant Alemanos Teutones antea fuisse dictos,
a Teutone Deo eorum, quem terra ortum putabant.
postea v. eos Alemanorum nomen, ab huius Dei filio
q Mannus appellabatr accepisse. Pyrrhus Perottus
Cornu copiae. Alii Alemanos dicunt, quasi ἀλήμο,,
νας, hoc e errantes seu vagabundos Philip: d. lo
Alii deniq suspicantr Alemanos dici, q. All man.
p epenthesin literae e, vel a nobilitate Adelmanni
p syncopen. Vtraq n: appellao gentem promiscui,,
vilem significat Lutherus in nominib. propriis
Germanorum. in nominibus in Olff seu Ulff Christi,,
anus Beckmanus in Originib. Latinae linguae
in verbo Ascenas et Balduinus hic, q a. derivao
verior sit, aliis cogitandum relinquo. Notationem
n: rao in vocabulis pleruq periculosa e, adeo, ut q
in ea versantr, saepe a. deridiculi fiant, a. cum inten,,
dunt indicem ad fontem, dictionem derivaturi in
lubrico titubent, aliud pro alio commonstrantes.

QVÆSTIO VIII

Vnde dicantur Germani?

Germani nomen latinum ee putat Strabo, et Pyrrh9
Perottus d. loco. Romanosq primum hoc imposuisse
Germanis, pp terea q viderentr ee fratres Gallorum.
Verum refutantr a Tacito de morib. Germanorum, et
Reinero Reineccio in tractatu Germanico

Quorum ille affirmat hos populos a seipsis, invento nomine Germanos vocatos esse. Sic v. tradit Germanos nomen hoc habuisse, dum adhuc fuerint in Oriente. Melius itaq. est, ut nomen hoc, vel ad patriam referamus linguam, cum videatur compositum ex particula gar seu ger et man, quod totum, seu robustum virum significat, velut reducamus Germanorum Originem ad Thogarma filium Gomer, qui natus fuit ex Japhet Nepote Noach. Cap. 1 Genes. Confer Reinerum Reineccium de loco Alciatum l. 10 parergon. c. 20. Muns. Sic et Christianum Beckmannum, in manuductione ad linguam Latinam c. 5.

QVÆSTIO IX

Num iuventuti recte sint dedicatæ Institutiones?

Affirmat hoc in proæmio Institutionum in Rubrica ibi Cupidæ legum iuventuti. Juventutis a. verbum proprie sumptum eum significat, qui adolescentis excessit ætatem, quo ad incipiat inter seniores numerari l. 6 alik 69. §. Titius 1 ff de legatis 3. Jm. proprie sumitur pro adolescentia. §. sed & usque versic. sed ne in primo institutionum de legatis et §. fin: institutionis de gradibus cognationum. Incipit a. adolescentia ab anno 12 et 14, et desinit in annum usque 25. Wulteius. l. 1 Jurispr. Rom: c. 4 et Alciatus in l. pueri 206. ff de V. S. Hinc quæritur quomodo Juventutis verbum in quæstione hac sumatur et respondemus, quod improprie, propter dictos §. Unde et in l. cum hi 8. §. modus quoque 10 ff de transactionib. sub Juvene comprehenditur adolescens. Ratio et est, quia ipsum tum est, ea mancipia quæ rudia sint, simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora, et ad omne ministerium habilia l. perpiunt 37. ff de ædilitio edicto, et quanto Juniores tanto perspicaciores Accursius in l. Gallus in pr. ff de liberis et posthumis. Unde Lipsius Centuria singulari epist. 174.

aetas sui flos est et animi isti faciles, et ad omnem
disciplinam sequaces. Exta quoque in promptu est
in l. 1 C. qui aetate vel professione se excusant l. 10.
mentio fit professorum iuris, qui nondum annum 25
aetatis attigere. Sic Celsus Tertius, in l. si servum
§ sequitur ff de verborum oblig: adolescens dicitur qui ea aetate
ius civile fuisset interpretatus, et Nerva filius circa
annum 17 publice de iure responsitavit l. 1 § initium a 3
ff de postulando. Obiicitur autem sic Imperii nostro autho,,
ritas Aristoteles, qui l. 1 Ethic. c. 3. a lectione Politicae Moralis
iuvenes removet, cum quia imperiti sint actionum vitae, in
quibus politica versatur, tum quia vivant et dum affectus
neque rationi, sed cupiditatibus suis obsecundent. Unde est
fragile esse et infirmum huiusmodi aetatum consilium
ait Ulp. in l. 1 in pr ff de minoribus. At notum est
quod illi qui illotis, ut ita dicam manibus, hoc est, non prius
aliarum artium, et Ethices praecertim praeceptis degustatis
in iuris prudentiam, quae est res sanctissima. l. 1 § proinde.
ff de extraordinariis cognitionib. qui irruunt, sero ad
frugem perveniant, cum versentur in rivulis, neglecto
fonte, et ambulent sine praenotione finis in quem tendunt.
ut loquitur Iean. Piccol. in introduct. 10 gradus Civilis
politicae c. 10 Cum v. post annum 25 humorum et cor,,
poris perpetua agitatione ac perturbatione iuvenum
animus non amplius agatur ac perturbetur (quae aetas in
l. cum pater 77. § curatores 14 ff de legatis 2. status
vocatur et axem quasi sit crescendi finis, quae est causa, quod post
dictum tempus amplius non sint in cura) Relinquitur
iuvenes debere tantum admitti, ad lectionem Insti,,
tutionum. Nec dici potest, quod dum sero ita admittantur
non sit ex re ipsorum, si quod. multa exta eorum, qui sero
[illegible] quidem, sed plausibili cum profectu literas et leges
attigere graduat exstant Accursius literis operam dedit
anno aetatis suae 28 Horatius Lucius de privilegiis
scholarium til. de his qui gaudent privilegiis no 37.
Et tandem quadragenarius ad iuris studium accessit
teste Raphaele Cumano in l. cum quod ff si certum petatur.

is cum aliquis interrogaret cur tam sero inciperet.
se tarde quod recipere respondit, sed eo maturius se
absoluturum, quod et praestitit in seculo barbaro
pollentib. literis et melioribus artib. Hadr. Junius l. 4
animadversorum c. 24. Supianus Sophista genere
Isaurus, tricenario maior, iam tum primum lecti-
tare libros incepit, et ad summum eruditionis cul-
men pervenit Eunapius in ipsius vita. Cato maior
senex iam Graece didicit. Valerius Max: l. 8. Nec
Plato philosophiae studium vituperat in sene, in pueris. Cum
seniorem iam hominem philosophanton adversus, nec
dum sentientem finem praesentis, verberib. egere como-
dum vir ille meo iudicio videtur quia non de illa philosophia disse-
rit, quae virtutum omnium disciplina est, quaeque in publicis
simul et privatis officiis excellit, civitates et Rempublicam
si nihil prohibeat constanter et fortiter et perite ad-
ministrat, sed de illa futili, atque puerili meditatione
argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam, neque
ordinandam promovente, quare id genus homines
consenescunt, male feriati, quos philosophos esse vulgus pu-
tat. Gellius l. 10 Noctium Attic. c. 22 in f. Verum
non resistit locus ille Aristotelis, si quidem non simpliciter negat
iuvenem auditorem esse posse Ethices, sed vult quod non
sit auditor sufficiens, aut prorsus idoneus, qui omnia
statim assequi et exequi possit. Est itaque iuvenis Ethices
auditor verum secundae classis, qui non omnia sed quaedam intelligit
non omnia ad usum statim transferre potest, at olim trans-
feret. Et quod haec sit verissima loci obiecti Aristote-
lici explicatio. testatur Gellius Noct. Att. c. 4 ubi
refert Aristotelem commentationum suarum artiumque
quas discipulis tradebat, duas species habuisse: alia
erant quae nominabat Exoterica, quae ad Rhetoricas
meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum
notitiam conducebant, alia quae appellabat ἀκροαμα-
τικα. in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur
quaeque ad naturae contemplationes, disceptationesve dialecticas

q

ptinebant. Ad haec, q̄ profitebat tempore matutino, t
quoq̄ temerè admittebat, nisi quorum ante ingenium
et eruditionis elementa, atq; in discendo studium labo=
remq; explorasset. Ad illa q̄ vespi tradebat iuuenes
sine delectu admittebat. Ad reliqua v. obiectum et exladi=
ci poe rara illa eē, nam trita mancipia et veterana, dif=
ficile ē reformare, et ad suos mores formare d. l. ꝑ perpiunt 37.
ff de aedilicio edicto. Vnde si vides aliqm institutum
senem dic ei, ait Joan: Faber in Rubrica prooemii, in
vobis cupido legum iuuentuti n. g. amicē, tueris ad
vocato in alio seculo. Quo scommate Accursius, q ap̄ scrip=
tores subtilissimus doctor audit, cum quadragenarius
tyrocinium eius scientiae capet, a quodam affectus fuit.
Hadrianus Junius d. loco.

DE PRÆFATIONE IN SPECIE

sic dicta.

Thesis 1.

Dictum fuit de inscriptione, seqr̄ p̄fatio in specie sic
dicta, q̄ complectit Justiniani studium circa bella et
leges.

2 Partibus gstat duabus exordio et narraoē. Exordium
gstat propositione, et propositionis gfirmaoē.

3. Propositio gtinet officium Imperatoriae Maiestatis, q duc=
plex, unum ut sit armis decorata, altrm, ut sit armata legi=
bus pri: tg prooemii

4. Est a. maiestas propriè loqndo summa et absoluta in
Repub. potestas, q oēs reliquos legibus suis comphendit, ipsa
ut nullius. sic ne sua qd. excepta tn̄ Dei et nāe lege tenet.
Arnisaeus l. 1 de iure maiestatis. c. 1 et 3.

5. Cui dēfoi adversat l. 2 § 1 ff ad legem Juliam Maiesta=
tis. l. si familia 9. ff de iurisdictione et l. penult. ff.
de justitia et iure, in prigr. maiestas adscribit populo:
in posteriorib. v. legibus, ptori, cum tn̄ uterq; principem
agnoscat seu superiorem. l. 1 ff de gstitutionib. principum
6. Sed in d. l. 1 § 1 sub nomine populi Romani Imperator,

C

compendiis, et sic videtur Ulp: ad originem legis Juliae Maiestatis respicere, sicuti Romani antiquitatis fuere tenaci ssimi conservatores, et ad tempus quo populus Rom: adhuc maiestatis ius habuit, hanc inscriptionem accomodavit. In reliquis v. duab. legib. maiestatis verbum similiter abesse. Arnoldus Clapmarius l. 1 de arcanis Rerump: c. 10. Henricus Boxer. tractatu de crimine Maiestatis c. 1 n. 59. et Henningus Arnisaeus d. l. 2 c. 5 n. 7.

7. Confirmatio quae fit in d. pr: ibi, ut utrumque tempus, et bellorum et pacis recte possit gubernari etc. desumitur a fine et effectu militaris et togatae prudentiae

8 Narratio quae incipit in §. quorum utramque viam etc. continet factum ipsum Imperatoris Justiniani quod constitit in duplici victoria: Hostium et calumniantium

9 Hostes, quot, quando et quibus auxiliis devicerit Justinianus constat ex Paulo Diacono in vita Justiniani, Procopio l. 1 et 2 belli Persici Blondo de inclinatione Imperii Romani decad. 1 l. 3. etc. Vopisco in Aureliano, Joanne Magno Hist: Goth. Iornando, Lazio in rebus Gothicis. Aegidio Ferrino. et Gipianus in vita Justiniani

10 De calumniantium hoc est delinquentium victoria quorum iniquitates, per legitimos tramites, h. e. legales adinventiones. Theophilus dic. a bono principe sunt expellendae, pr: §. 9 prooemii, tractatur tam in genere quam in specie.

11 In genere dicitur, quod omnes populi, hoc est, qui sunt sub Imperio populi Romani, ll. 2 ib. 26. ff ad Senatusconsultum Trebell. Novel. ut omnes obediant 69 cap: 1 Henningius Arnis. de Jure Maiestatis l. c. 2 ns legibus tam a Justiniano promulgatis, quam compositis regantur. § quorum ipsis etc. omnes populi. §. 9 prooemii

12. Est a. promulgare, primo in publicum edere, quasi provulgare, componere v. quas retro principes, et ipsi in lucem confuse ediderunt leges, recisis superfluis digerere, et in ordinem cogere. Joan: Ferrarius

Mon

Montanus hic.

13. In specie v. exagerat, et laudat Justinianus suu studium, circa compositionem iuris Romani, o ut sese ostentet, laus n. in ore proprio sordescit ut S. vulgati, sed ut benevolentiam captet

14. Cernitur a. illa compositio in libris Juris, q. st vel cstitutionum vel doctrinae. Constitutiones st vel veteres, vel recentiores. veteres cstitutiones comprehenduntur in Codice. Codex a. e vel antiquus vel novus. Codex antiquus triplex erat, Gregorianus, Hermogenianus, et Theodosianus.

15. Gregorianus et Hermogenianus, a nomine qd cuiusq. Juris studiosi, q huic collectioni opam tn dedit, dicto e qmdm Jus civile Papyrianum, et Flavianum, a Sexto Papyrio, et Cneio Flavio collectum fuit. l. 2 § postea aucta. 2. et § postea cum Appius 7. ff de orig. Juris. Theodosianus, ab ipso Impatore Theodosio, cuius authoritate cditus e.

16. Gregorianus a. Codex ab Hadriano ad Valeriani et Galieni Impatorum tempora usq. cstitutiones cti nebat. Hermogenianus v. Claudii, Aureliani, Probi, Cari, Carini, Diocletiani et Maximiani: Tandem Theodosianus, oium Impatorum a Constantino Impatore, usq. ad Theodosium. Jacobus Cuiac. in paratitulis Codicis in cstitutione

17. Quia v. in tribus illis codicibus cstitutiones cfusè ctinebantur, ideo iussu Impatoris, in luculentum redacti st ordinem, et inclusi uni Codici Justinianeo, qre, respectu trium istorum veterum, quos hoc modo Justinianus fecit sublatos, dicebatur novus Rubrica de novo Codice faciendo, et de hg compositione agit brevissimus Justinianus in § et cum sacratissimo 2. hg proœmii.

18 Recentiores cstitutiones ctinentur in Novellis. dicuntur a. Novellae, q novissimè factae sint post Codicem repetitae plectionis. Cuiac. in prs Novella.

19 Libri doctrinae st vel Plenariae, vel inchoatae. Ple-

naria

naria doctrina Juris gtinet in ff de quorum gfectione hec habe.

ff novum vet

20 Post Codicem ita gfectum Impator iuris gfectorib. compositorib. iniunxit ut ad summam et plenissimam iuris ppe, rarent pvenire emendaoem, suamq; curam ad oium veterum iuris gditorum volumina extenderent, q tanq Nicomachi Smyrnai corpus, q p nimia crassitie, mo, vere se loco n potuit, ut testat Galenus l.1 de differ. morborum n.9. immodice ad duo pene millia et plus q tricies centena millia versuum excreverant, et ex his q eet optimum eligerent, electaq; in modera, tum et pspicuum compendium, et corpus redigerent. l.2 §1 C. de Veteri Jure Enucl.

21 Et hoc quis in principio difficillimum, impossibile, opusq; plane desperatum videbat, q et nemo prin, cipum ante Justinianum, neq; sperare neq; optare ausus e, gstitutio de authore, § hocq; oper. de conce, ptione ffrum (Legit tn id voluisse tentare Cajum Julium Casare, nisi morte fuisset pventus ap Sueto: in ipsius vita) Nihilominus tn manib. ad caelum erectis, corpus hoc adimpletum et confectum fuit, § et cum sacra, tissima s 2. et § q post libros 49 proamii.

22. Inditum a.e libro huic ffrum nomen seu pandectarū ppea q oes decisiones et disputationes in se hat legitimas l.2 §1 C. de Vet J. E. et sit q. promptuarium antiqtatis Barnabas Brisonius l.4 antiqt. c.14. Qui qrunt cur libri ffrum scribant p duplex f. illi inanem suscipiunt la, borem cum edum Cujac. l.12 observ. 40. Notariorum hoc sit inventum, q plerunq ratione caret. Confer tn Alciatum l.3 dispunctionum c.16. Corasium l.5. Miscelan: c.15. Catelianū Cottam in Memorabilib. in verbo Pandectas. Bernardū Walterum l.2 miscel. Juri. c.4. et Joannem Baptistam Portam de occultis literarum notis.

23. Inchoata drna gtinet in libris 4 Isagogicis, quos Justinianus tertio loco in gratiam eorum q recenter leges

attin,

attingunt, nec maiorem doctrinam portare possunt, componi cu-
ravit, ut ex his ceu ex compendio prima iuris principia, sine
magno labore hauriri possint. § cumque hoc 3 [?] procemii
et l. dedit nobis 3 § sed cum oportebat 11 C. de Vet. J. Enucl.
24. Occurrunt autem hic quatuor quae in confectione horum librorum
notanda sunt: primò nomen, 2. causa. 3. effectus. 4 adhortatio. 5. sub-
scriptio. Primo vocantur libri hi 4 Institutiones d. § cumque 3.
et § sequenti 4 hic. Novel. 89. in pr. l. fin. C. de testam. l. 2 § 19
C. de V. J. Enucl. l. uni. § 1 C. de emendatione Codicis. Exemplo
Jctorum Ulpiani in Rubrica legis 42 ff de legib. legis 1. l. 4
l. 6. ff. de Justitia et iure et l. 1 ff de constitutionib. Princ.
Martiani in l. 8 et l. fin. ff de Justa et iure l. 2 ff de legibus
Caj in l. 9 ff de iusta et iure et § quas ex omnib. hic. Florenti-
ni in l. 3 ff de Justa et iure. Calistrati in l. 29 ff de adoptionib.
et aliorum, dictae ab instituendo, h. e. docendo et formando.
Martinus Philetrico l. 1 Epist. fam. Cic. epist. 1 in verbo in-
stitueris. Unde et institutiones, praecepta seu idem perceptiones quibus
instituimur et docemur, vocantur. Laurentius Valla l. 1
elegant. c. 1. Pyrrhus Perottus cornucop.
25. Num autem dici possint instituta quaeritur? quod concedi potest si magis
ad graecum, quam latinum idioma respiciamus Hapius breno 6
Unde et dicuntur instituta in l. dedit nobis 3. § sed cum opor-
tebat 11 C. de Vet. J. Enucl. et Novel. de Armen. 21 c. 1.
26 Causa alia est interna, alia externa. Externa est efficiens
et finis. Finis institutionum est ut hoc compendiaria via
novi Justinianei ad faciliorem cognitionem deducti l. 2 § [?]
cum prospeximus. C. de V. J. Enucl. et § his quae 2. institutis de Justa
et iure. tandem oratores maximi et iustitiae satellites inveniantur
et Judiciorum optimi, tam athletae quam gubernatores in omni loco
aevoque felices. Constitutio omnem Resp. § discipulis 6. de iuris
docendi ratione et § fin. hic.
27. Efficiens causa est vel principalis, vel minus principalis seu
instrumentalis. Principalis causa efficiens Institutionum est
Imperator Justinianus, cuius auctoritate et iussu Institutiones
confectae sunt d. § cumque hoc 3. in verbis convocatis mandavimus
specialiter etc. hic.
28. Minus principalis seu instrumentalis sunt Juris compilatores
primò Tribonianus. dicitur autem hic Vir magnificus. 2 magister

offic.

§ Constitutio omnem in
de Jur. doc. rat.

officiorum. ad quem veluti Palatii disciplina pertinebat, et causarum maximum pondus, in eius audientiae finibus reponebatur ut loquitur Cassiodorus l. 6 Variorum c. 6. Tertio ex quaestore sacri Palatii d. § cumque hoc 3. in princ.

29. Fuit autem quaestor sacri palatii summus et amplissimus magistratus, cuius officium versabatur circa leges dictandas, et preces ac responsa principum subnotanda l. fin. C. de diversis rescriptis, et pragmaticis sanctionibus etc. et Novell. ut divinae iussiones 114 c. 1. qua itaque quaestura functus est ex quaestor et ex quaestore dicitur hic Tribonianus quaestor in § fin. institutis de libertinis, et in Rubrica constitutionis Deo auctore de conceptione digestorum. Verum sciendum est, Tribonianum quaestorem adhuc fuisse, tempore scilicet compositarum Institutionum, non vero publicatarum, desiit enim tum esse quaestor. Et sic recte ex quaestor dicitur in hoc proaemio quod demum institutionibus iam iam publicandis accessit.

30. Quarto ex consule, id est fuit qui a consulatu discessit. Donel. l. 24 comment. c. 14. Habebat tamen aliqua vestigia sui consulatus, sive alicuius immunitatis, sive alicuiuscunque signi eminentiae per quod cognoscebatur fuisse consul. Thomas de Aquino l. 4 de regimine principum c. 26.

31 Ultimo Dorotheus, tertio Theophilus viri illustres et antecessores d. § cumque hoc 3. [illegible] proaemii, qui fuerint dicti illustres tradit Pancirollus in notitia c. 3. et Duarenus l. 2 disputationum anniversariarum c. 1. Dicuntur autem Antecessores Professores legum, quia iis qui eas ignorant antecedant, vocanturque Legum doctores et magistri scholasticorum, in authentica Habita. C. ne filius pro patre. Claudius [illegible] et Hergius hic no. 12. et Franciscus Poletus l. 1 Historiae fori Romani c. 4. et ibi in notis Philippus Broideus. Falso itaque hic a quibusdam substituitur verbum Assessoribus, et Antecessoribus, Wesembec. hic.

32. Interna causa institutionum est forma et materia. Materia alia est circa quam, alia ex qua. Materia circa quam sunt antiquae fabulae d. § cumque hoc 3. id est ab antiquis fabulis (quid autem alii hic per fabulas intelligant dicam infra) Quicquid enim tam patens, ut velit differre quod in usu non sit habiturus ait Plinius l. 8 epist. cum idem Ascilium, qui fructuosa non quae multa scit sapiat. Sed prima iuris principia et constitutiones Imperiales, quae obscure, iuste expositum et quae antea obtinebat et quae postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est singulis hic

33. Mat ex quā st oīa penè veterem institutionum corpora mul,
torumq Jctorum commentarii, p̄cipuē tn̄ Caj § quas ex
oībus 6. et qstitutione oēm § nos v. 2. de iuris docendi rōne

34. Forma Institutionum alia ē ex parte tractatus, alia ex modo
agendi, ex parte tractatus, de qua forma in § igit 4. Sic. fit
divisio opij in libros 4. Rāō ē qa qmdm quatuor st elementa
ex qbus oīa corpora mixta oriuntur, sic et 4 st libri Institu,
tionum, q rectè vocantr prima elementa. in d. § q 4. Primus
a-liber finit in Tit. 27. de suspectis tutorib. 2dus in Tit: 25.
de Codicillis. 3. Incipit à Titulo de hæreditatibus, q ab intes,
stato deferuntr, et desinit in Titi qbus modis tollitr obligatio 30.
4tus demum initium sumit in Tit: de obligoib. q ex de,
licto nascuntr.

35. Hi libri dividuntr in titulos. Titulus pprie appellatr index
eius rei cui superscribitr, q. indicet rē summatim et breviter
q titulo scriptum ē. Unde et clavis uniuscuiusq legis seu morē
eleganter vocatr a Cujac. l. 14 observationum, observatoe 31 et dr
uelà tuendo s. ē induendo Bonel. ad l. 3. n. 1 C. ad Senatus Con:
Macedonianū Franciscus Balduinus in prolegomenis de Iure Civ:
~~publ~~. § fin: n. 15. Vel q textum subsequentem tueatr. Cora,
sius in Rubrica de servit. quem seqr ~~Burgolt~~ hic. Nam
Tituli olim vocabantr milites, q. tutuli, q. patriam tu,
erentr. Carolus Sigonius in l. de nominib. Rom: et Festus l. 18. Borcholdus

36. Vocatr quoq Titulus Rubrica in l. interdictorum 2. § hæc
a. 3 ff. de interdictis, qa veteres inscriptionem seu titulum
minio, vel alio rubro colore, quem qdam Phœniceum no,
minant illustrare solebant. Guido Pancirrolus rerū
memorab. l. 2 tit. de Characterib. literarū et ibi Salmuth.
in notis Antoninus ~~Nec~~ Coquus Nebrissensis in ~~Satyram~~ Persiu Saty: 5. et Balduinus et Burgoldus.

37. Cuius rei triplex affertr caā. 1° qa ea quæ notavimus, fa,
cile hoc modo invenire possemus. Petrus Gregor: Tholosanus
in preludiis optimi Ictj. l. 2. c. 23. n. 11. Secundò ē Anto,
nii Thylesii, q in libro de colorib. c. 13. tradit titulos colore
Phœniceo notatos fuisse in honorem memoriamq Phœni,
cum, q ut pbat Pyrrhus Perrotus cornucopiæ, ex libro 3 Lucani
literarum fuerint inventores. Quam opinionem etiam,
plectitr Hermaldus Cornus. l. 2. indagatum iuris c. 2. Tertia,
ē Henrici Salmuth. d. loco, ut vel hoc modo maiestas legib.

acere,

accrescat, earum capitibus rubrica insigniti, sangui-
neumque quoddam ac cruentum minantibus.

38. Tituli dispescuntur in §§ et §§ iterum in versiculos. Paragra-
phum appellant notam quandam seu signum margini
adscriptum. Franciscus Balduinus in prolegomenis Iuris civilis
§ diximus alio fin. no 21 Mynsingerus in d. § quaestio 4 no 4 et alii
ibi. Vnde Henricus Stephanus in admonitione de abusu linguae
Graecae c. 1 nomen illud dicit recte in foeminino, vitiose vero in
masculino genere efferri contendit, cuius tamen fallitur quandam nolim
cum figura quoddam fuisse dicitur, cuius nota comoedia velut in
certas quasdam divisa fuit portiones, sic sine vitio dici
ea poterit quod in iure nostro signum esse legum, quo quaelibet lex
prolixa, velut in certas aliquas portiones dividatur, adeo
ut et masculinum genus minime mutet.

39 Forma Institutionum ex modo agendi, consistit in methodo
Isagogica, quae levi ac simplici via et quasi per indicem, facilli-
ma duntaxat iuris capita perstringit § ult. quaestio 2 Institut. de I. et Iure
et §§ fin. infra de publicis Iudiciis. Hinc est quod multa iuris
capita, quae tyronum videntur excedere captum, in Institutioni-
bus omittuntur. Exempli causa, materia pactorum, usurarum
Iurisdictionis, restitutionis in integrum, dotium, evictio-
nis etc.

40 Effectus Institutionum describitur in §§ quas ex omnibus 6. et
prooemii in fine. in l. tanta § Sed cum perspeximus 11 C. de
V. I. En. et in Constit: Dedit nobis § Sed cum oportebat
11 de confirmatione ipsarum, quod vim iuris faciant. Vnde Doctores sic
notant sententias, scripta et consilia doctorum quantumvis et
praestantissimorum, vim iuris non habere, nisi fuerint ab Impera-
tore confirmata. Glossa in l. 2 C. de legib.

41 Adhortatio directa est ad studiosam iuventutem de qua
in §§ fin. Cuius duplex est ratio una in mandato Imperatoris
altera petita est, ab utilitate studiorum, quae consistit in admi-
nistratione Reip.

42. Subscriptio denique fit in literis finalibus et prooemii.
D. C. P. etc. quae denotant dabantur. Constantinopoli 11 Kal.
Decembris Domino Iustiniano perpetuo Augusto. Tertium
consule. Anno vero Christi 533. Imperatorius etc. Ex qua subscri-
pti

ptione legit, prius editas fuisse Institutiones quam ff sta, licet
ff. prius fuerint cepta et confecta Heigius in § 1 Inst. oes populi
n. 10. hic, et ibid. Aegidius Hortens.

QVÆSTIONES.

PRIMA.

1 Num literati praecellant milites?
2 Num vox Pandectarum sit generis foeminini an v. generis masculini?
3. Quid per tabulas Antiquas intelligatur?
4 Num vulgaris distributio 4. librorum Institutionum sit tolerabilis?
5 Num Institutiones derogent Digestis?
6. Quis Cajus ille fuerit, cuius fit mentio in §§ quas ex omnibus proemii?
7 Num aliquod utile detur sine honesto.

QVÆSTIO I.

Num literati praecedant milites?

Negant hoc Accursius in Constit. summa Reip. litera K. de Justinianeo Codice confirmando. Cassaneus in Catalogo gloriae mundi, parte 9 consideratione 1. Caelius Calcagninus in disquisitione quorum officiorum etc. Georgius Acacius Enenckelius. l. 1 de privilegiis militarib. c. 10. n. 7 et 8 et Henricus Gebhart in oratione, literarum an v. armorum gloria illustrior. Prima ratio sumitur a periculis et laboribus quos milites coguntur sustinere. 2. Ab antiquitate nam sacrae literae docent, non multo post diluvium a Nimrodo primum Imperium armis introductum fuisse Genes. 10. v. 9. 3. A summa utilitate et necessitate, quod colligitur ex pri. §§ proemii, et dicta constit. summa de Justinianeo Cod. confirmando. 4 a praemio quo milites afficiuntur. olim n. ob rem feliciter gestam in deorum numerum referebantur exempla vide ap. Antonium Bonfinium l. 2 de pudicitia coniugali et virginali. 5. ab experientia, mundus

rum.

n: m̃qq̃is admirati potentiam et gloriam bellicã q̃ literarũ. Ab ordine.
nam in oĩb. fere iures nrĩ locis, commentio fit armorum
et legum. arma p̃cedunt, tanq̃ digniora, sequunt leges
ut apparet ex pr: Jg proœm. Nov. 24. in pr: Nov. 25. c. 1 in
pr: l. 2 C. de V. T. Enucl. et d. Constit. summa in pr: Atq ex
ordine colligit p̃rogativa. Euerhard. in Top. loco ab ordine
n. 13 et seqñ 7. Ab authoritate Ciceronis, q in oraõe pro
Murena incredibili facundia castrenses exaggerat labores
his verbis: At nimirum (dicendum ẽ n: q sentio) Rei mili-
taris virtus, p̃stat caeteris oĩb. haec nomen populo Romano,
haec huic orbi aeternam gloriam pe pepit, haec orbem ter-
rarũ parere huic Impĩo coegit, oẽs res, oĩa haec nrã p̃cla-
ra studia et haec forensis laus et industria latent in tutela
ac p̃sidio bellicae virtutis. Verum opinio haec mala ẽ, quare
existimo literatos in actu indifferenti seu promiscuo milites
v. in actu militari iure p̃cedere. Hoc posterius p̃bat p l. 1
C. de Officio vicarii. Prius v. seqñtib. raõib. q̃firmari p̃t,
quarum prima ẽ. Quodcunq imp̃at eo cui imp̃at p̃stan-
tius ẽ. Atq literae legales imp̃ant armis, Ergo literae ar-
mis et sic literati militib. erunt p̃stantiores et digniores.
Maior p̃positio ẽ Arls 1 Pol. c. 2 et Justiniani in Nov. de
defensorib. civitatis 15 in f. pr: Minor v. desumta ẽ.
ex Nov. de p̃tore Lycaoniae 25. C. 5. in f. 2. qa Numa
mensi Martio, q ante eum erat primus, tertium assignavit
locum et Januario primum, ut notũ faceret oĩb. in reb.
civilem virtutem bellica potiorem ee. Janus n. civilis
societatis studiosus fuisse p̃hibet, q ritu raoem de bellui-
na et fera, humanam redegeret. Plutarch. in Numa.
3. Cuiuscunq finis p̃stantior ẽ id quoq p̃stantius ẽ. At
literae oĩb. modis animum p̃ficiunt, et gignunt q̃ p pe-
tuam felicitatem. Arma v. regna mox collapsura. Vincent.
Castellanus. l. 1 de Officio Regis c. 18. Ergo ze. 4. Quia
doctor q̃stitutus ẽ in dignitate C. et quanto ex de m̃gistris et ibi dd.
qua miles destituit l. penult. et ibi Jason C. de pactis.
et dd. in capitulo Clerici extra de iudiciis. 5. q a Ecclesia,

Ste

stes c. qui in s. melior inqt e sapientia q arma bellica. 6.
deprompta e ex antiqtate, testatr n: Polydorus Virg. l. 1. c. 6.
de rerum Inventorib. statim tempore Adami inventas
fuisse literas. 7. ab authoritate Cic. desumpta e, q 1. offic.
multis ostendit Solonem plus suo qsilio, quo Areopagitas
qstituit adiuvisse Remp. q Themistoclem insigni, illa ad
Salaminam victoria. Et hanc sntam defendunt
Ludovicus Bolognetus, in additionib. ad Signorolu. de
Homodeis in tractatu de pcedentia Doctoris et militis.
Antonius Vipanus in orat. de legib. 6. Jacob. Grifolus.
in disqsitione q Offorum Cic. Antonius Bonfinus d. loco.
Ludovicus Gomesius in a rumos n. r. institutis de actionib.
Joannes Faber et Schneidwinus in proaemio Instit.
et Joannes Lauterbachius in tractatu novo antiquo
de armis et literis. Ad primam q griam raõem
respondere pt, nullam esse seqlam labores castren,,
ses civilibus st graviores, ergo et nobiliores. Alias
n: nautae, q singulis fere momentis morti st expo,,
siti, et q in ergastulis durioribus laborib. torqntr.
digniores erunt literatis q absurdum, quare o quan,,
tum corpore qsq possit ponderandu e, sed quantu inge,,
nio et prudena, ne alias boves et cum sapiente qferantr.
Jacobus Grifolus d. loco. Sn literati amore scientiae ex,,
les fiunt, de divitib. pauperes semet ipsos exqnuniunt,
vitam suam multis picul:is exponunt, et a vilissimis
saepe hominib. q gravitr ferendum e, corporales inju,,
rias sine cura pferunt. Ait Authentica habita C. ne fi,,
lius pro patre. Secunda raõ refutatr p 6. nrae sententiae
Ad tertiam Rndeo, q ideo utilis sit et navia virtus mili,,
taris, ut in pace vivatr. Si g bella ad pacem qferenda
o studia pacis ad bella qvertenda erunt: in generan,,
da v. et qfirmanda pace leges oes opam, summumq studium
ponunt et sic sine dubio legalis prudentia, re bellica
potior erit Antonius Vipanus d. loco. Ad quartum
Rndeo, si respicere velimus ad immortalitatē, fateri

cogimur literis eam potius continere et aegri quam malitia
Ad quintam. Notum est, quod depravata sint plebis iudi-
cia. Ad sextam. Ex ordine tunc non arguitur proroga-
tiva, nisi aliud in iure repitur dispositum, Everhard. d. lo.
Cum itaque dispositum sit in iure, debere literatis proroga-
tivam, male ab ordine concluditur. Unde ideo arma literis
Justinianus praeposuit, ut notum faceret, se prius arma
quam leges tractasse l. 2 C. de Vet. J. enucl. Ad 7. responderi
potest, quod certior cuique sit mens, ubi de re[illegible] scribit, quam ubi
reum, de cuius dignitate ac salute agitur defendit. Nam iudi-
cis est in causis semper verum sequi: patroni vero nonnumquam verisimile,
et si minus verum sit, defendere illud factum est a Cic. in
Officiis, et v. in d. oratione pro Murena.

QUÆSTIO II

Num vox Pandectarum sit generis feminini, an vero
generis masculini?

Posterius volunt Henricus Stephanus in admonitione
de abusu linguae Graecae c. 1. Jacob. Cujac. l. 10 obser.
26. Antonius Faber l. 2 coniecturarum c. 14. in pr. Hedeg
ad l. princeps 21 n. 18 ff. de V. S. Bartolus Brat. in Lexi-
co iuris in verbo Pandectae. Valentinus Guilelmus För-
sterus in Justinianeis tractatib. parte 1 disput 4. thesi 1
et parte 2 disput. 1. thesi 6. Antonius Matthaeus in no-
tis Institut. ad § religiosum institutis de rerum divis. Osual-
dus Hiliger in notis ad Donel. et alii recentiores ob se-
quentes rationes. quarum prima est, quod a Graecum πανδέκτα sit
nominativum singularem πανδέκτης, atque hoc eiusd.
est generis, cuius est ὁ πανδέκτης, et τὸ πανδέκτης. Ergo et illud
cum doceri non possit, vocem illam transeuntem e singula-
ri ad pluralem, simul et e genere masculino ad femini-
num transire. Secunda desumitur ab authoritate Gellii l. 13
Noctium Atticarum c. 9. ubi ita scribit: Tullius Tyro
Marci Cic. Alumnus et libertus adiutorque in literis
studiorum eius fuit. Is libros complures de usu atque
ratione linguae latinae, item de variis atque promiscuis

qstionib. gponit, in iis ee pcipui videntr, quos Graeco titulo πανδέκτας libros inscripsit, tanq de rerum atq divinarum genus gtinentes. Ad assumptiunt, verbu libros e masculinum, ergo etiam πανδέκτας erit masculi. Tertiò quidem masculini gnris st ~~hypocritis~~ ὑποκριταὶ et latinum hypocrita, τριγάλις et pirata. Sic et πανδέκτης et latinum pandectę. Verum ròib. his ò ob, stantib. dicimus vocem hanc ee feminini gnris, primò pp authoritatem Justiniani in ostetalia ii Institutis de nuptiis in verbis: quas in libris Digestorum seu Pan, dectarum, ex iure vetere collectarū numerari pmi, simus. Secunda Justi Lipsi q in epist: 29. Centuria Miscelanea, inqt, extant Nobiles illae Pandectae He, trusca a Justiniani aevo. Tertia qq in epist: Pandectis Florentinis ad Lectores pfixa his legit verbis: cum vetustissimo Pandectarū florentinarum Codice. nullū omnino alium integritate ac fide comparandū ee iam oib. e psuasissimum. Ad dissentientiū primam respon, di ratiem, minime seq Pandectis ap Graecos e masculinū. ergo et pandectae pandectarū ap latinos, qa multa st ap Graecos nomina q suum genus ap latinos mini, me ~~obtineant~~ retineant, ex ligra ho ὁ λόγος haec domus τὸ ἰδανώμα, haec glaucoma, ὁ μάσταγιλος, haec mar, garita, et hoc margaritum, ὁ μετάλλος haec metella. Quemadm q haec ex ita aliud genus agnoscunt et assu, munt ap Graecos, aliud ap latinos sic et Pandectus et ap latinos vox Pandectarum. Altera ràō soluitr ex illo Ovid. qd meruere boues, animal sine fraude? et ex illo effodiuntr opes irritamenta malorum. Exempla denique allata tertio loco, nihil probant, ut ex gnris appa, ret. psertim cum illa ò rem, ut haec, sed psonam notent.

QVÆSTIO III.

Quid p antiquas fabulas intelligatr?

Jacobus Cujac. in notis ad Institutiones, p fabulas antiquas

videtr

videtur tangere sermonem antiquum. Jacobus Reuardus l. 3 coniectaneorum c. 2. leges 12 tabb. et legis actiones. quae in libro 6 Aelii, qui ut dr in l. 2. § posthac fuit. 38 ff. de orig. juris. inscriptus erat tripartita, continebantur, primò quia librum istum olim ediscebant juvenes. 2° quia Cic. pro Murena legis actiones quondam modo fabulosas appellat, cum eas ridiculas ineptias, inanissimas atque prudentiae refertas esse ait. 3° quia testatur Justinianus in l. unica C. de nudo iure Quiritium tollendo. Juvenes olim qui ad primam legum veniebant audientiam, inutiles legis antiquae, h. e., 12 tabb. q. dispositiones, et antiquae subtilitatis ludibrium accepisse. Verum hi nimis strictè, antiquas fabulas acceperunt. Mynsing. per fabulas antiquas intelligit incertas falsasque traditiones, cuiusmodi multae erant sparsae tempore Justiniani, à quibusdam imperitis et adulterinis Doctorib. Marcus Lycklama à Nyeholt. fabulas antiquas sumit pro divinis Ethnicorum commentis et originib. Solebant n. veteres artib. ut authoritatem legib. plus quam humanam conciliarent, à Joue et Justitia nomen iuris arcessere, atque adeo passim divinis humana miscere fabulis. Siquidem nulla res efficacior multitudinem regit, quam superstitio alioquin impotentem, saevam, mutabilem. Quare alia ratio fuit temporum, tempore Justiniani; qui dum se Christianum leges ferre Christianis meminit, huiusmodi fabulosas veterum origines consultò omisit, satius fore ratus, ut cupidae legum iuventuti liceat prima legum cunabula non ab antiquis fabulis, h. e. (divinis Ethnicorum commentis et originib.) sed ab imperiali splendore appetere, ne vel aures quidquam inutile, veluti, quod in usu nemo sit habiturus, vel animi, aliquid quisquam possitum. (ut potè quod sit contra placita religionis Christianae) accipiant. Joannes Ferrarius Montanus in hoc proemio. putat veteris Juris commentatores, pueris exta ab fabulis sumta tradidisse, sed cum hoc institutum, praeterquam coeptum esset cedere appareret, et iuventus non ut primum iussa erat, fabulis praeluderet tantum, sed ad eas ferme, tamquam ad scopulos Syreneos consenesceret. Quae ceterae periculum

visum est, modum suae rei praescribere. et fabulis iuventuti in
posterum, oratio remotam facere, sed praestare, initio statim, vera
iuris elementa capessere, nequaquam nebulis illis antiquis obum,,
brata, sed a principali opera profecta, atque ceu res sit exposita.
Sed duae interpretationes, partim destituentes probatione, partim
refutantur per l. 2. § sed cum perspeximus 11. C. de Vet. Jur. Enucl.
et § cumque hoc 3. de procemii. Quare dicendum erit, cum Theo,,
philo Graeco interprete, quem sequitur Aemilius Ferretus in notis ad
Institut. Hotomannus. Wesenbecius. Sedilb. in Instit. et Cl. Scipio
Gentilis l. 2. parerg. c. 26. Per fabulas antiquas Imperatorem
ea significasse, quae olim obtinebant, et nunc ab usu reiecta sunt, ut
ondit d. l. 2 § sed cum perspeximus 11. d. § cumque hoc 3. et l. 1 §
adde 1 C. de Annali exceptione, in quo praeteratur fabulas Im,,
perator videtur tegere, circuitus et cavillationes causidicorum, quibus
sepultam actionem, iterum excitare conabantur, quas ut iuri contrarias
damnat et relegat. Cui interpretationi non resistit, quod obiicit Marcus
Lycklama, a Nieholt l. loco. fabulam esse rem fictam, ut tradit
Hermogenes, in praeexercitamentis Rhetorices, Prisciano interprete
ubi definit fabulam orationem fictam, verisimili dispositione, ima,,
ginem exhibentem veritatis. nihil enim cum fictione, commune habent
traditiones rerum antiquatae et leges abrogatae. quia fabulae hic
non simpliciter accipiuntur, ut fit in l. antiquis. ff si pars haeredi,,
tatis petatur, ubi de numeroso partu Julius Paulus loquens, tam
multa, inquit, de eiusmodi re tam varia, et incredibilia credunt.
ut fabulis annumerentur. Sed per comparationem, quia quae leguntur, quae olim
obtinebant et ab usu reiecta sunt similes videantur illis, quae in fabu,,
las incidere, quarum lectio, nullum alium fructum adfert
quam voluptatem quandam et inanem delectationem. Quia a. sine
fructu leguntur ea tametsi vera et vetera sint, appellantur tamen, vel
cum Suetonio fabulares historiae, vel cum aliis fabulae. Sed
si praedicta interpretatio vera est, non pertinebit ius antiquum ad Institutiones.

Atq hoc posterius falsum ē, q[uia] videmus sæpissime expo-
ni in Institutionib. ius antiquum, ut in § libertinorū 3.
de libertinis. § fin. q[ui] et ex qb. causis manumittere ñ
possunt. § præterea 6. qbus modis ius patriæ potestatis
solvit. § sed ut nihil. 1 de testamentis ordinandis. §
adoptivi 4 de exhæredatione liberorū. §§ sed olim 2. §§ incertis 25.
cum §§ sequnti. § ante hæredis 34. et § pene quoq 36. de
legatis. § sciendum 1 cum aliq sequntib. de fideicomiss.
hæreditatib. § emancipati 9. de hæreditatib. q[uæ] ab intesta-
to deferuntr et aliis in locis. Ergo et prius. Verum res-
pondet Wesembec. ad d. § sed ut nihil litera a. de testa-
mentis ordinandis. Antiqua et antiquata ista jura insti-
tutionib. ꝯ Justiniani præscriptionem, fuisse aspersa; q[uo]d ē
ꝯ § in qbus § sq. proœmii. Mitius itaq agendum ē cum com-
pilatorib. iuris et distinguendum potius inter antiquitatem ex
qua inanem tm̄ delectationem capimus, et in eam, q[uæ] intelli-
gentiam juris adiuvat. de illa accipi pt d. § cumq hoc 3.
De hac v. obediti textus. Confer. Viglium. Zuichemum in d. §
sed ut nihil. n. 1.

QVÆSTIO IV.

Num vulgaris distributio 4 libb. Institutionū sit tolera-
bilis? R[espondeo]

Negat hoc Hotomanus et Æmilius Ferretus, ille n: l. 2.
protendit ad. tit. usq libri 3 de obligaōib. inde auspicatr
l. 3. eumq extendit ad tit. usq de aōib. q[uod] principiū
ē libri 4. Hic v. finem facit libri 3. in tit. de successionib.
sublatis, q[uæ] fiebant, p[er] bonorum venditiones, et principiū
libri 4 in tit. de obligaōib. Hotomanus videtr secutus,
antiquissimi exēplaris ordinem, q[uod] Joanes Apellus āliq[ua]n[do] ad
mare Balthicum in parva quadam Bibliotheca forte for-
tuna invenit ac inspexit, ut ipse testatr in Dialogo, q[uo] ratiōe
ac methodo Institutiones ꝛc. Illius a. exēplaris dispositiō
erat talis. libri 1 tit. 1 erat de iure personarum, titulus v. de

Justa

Justitia et iure. Jure nali G. et Civ. erant qdam veluti
proemia. Secundq liber usq ad tit. de oblig. extendebat.
et tertius ab eo usq ad tit. de act. Hacem a. Sane St
Hotomanus, q illa in aes seu nāa dispsas et disiunctas
coniungat, giunctas v. disiungat, itan: loqr in argumen,
to sui opis. Ex qbus tagi pōe arbitror, cuiusmodi pvulga,
ta illa partitio sit, sive illam Tribonianus, homo ordinis
ō modo impitus, sed ut opinor et expers, commentus ē,
sive illa infelicitate temporum in hos libros irrepsit,
ut tertii libri initium, ab eo capite sumēt, quō de here,
ditatib. q ab intestato deferunt, explicatū ē. Quarti a.
ab eo in quo de oblig. ex delicto tractat. Nam hac rōe
trium diversarū tractaoum partes, à quire suo divulsæ, sic
inter se giunguntur, ut sigs trium statuarum, quarum pri,
ma virilis, altra muliebris, tertia equa eēt, dissoluta membra
componens, corpus unum ex virilis formæ capite et hu,
meris, altrm ex reliqs eiusd. partib. cum muliebris statuæ
capite giunctis, tertium ex caeteris muliebrib. partib.
cum eqnis membris gstitueret. Verum hæc et similia, q
Hotomanus obiicit gcludunt libros Institutionum a Tri,
boniano ō artificiose eē partitos, q ō negamus, imò
addimus, æqualem materiarū partitionem fuisse
merito observatam, ut iusta magnitudo et æqualitas
in quolibet libro inveniat, q vix factum fuisset, si artificio,
sam partitionem cum Hotomano observasset. Si n:
librum 2. ad tit. usq de oblig. extendisset, nulla eēt
libri 2. proportio ad reliquos tres institutionum libb.
Hæc q vera cāa ē, cur in Institutionib. interdum giun,
cta divellant, dispsaq coniungant. Et observari debet
q Hotomanus, eād. nota dignus sit, q a ipsi quoq māa
giunctas divellit et separat de litium n: gtroversiarumq
māa, q ē, de rebus et oblig. et sic de māa giuncta, par,

D.

tem

tim tractum in l. 2. partim in l. 3. rationem addit, ne im,
modica et absurda l. 2. magnitudo fiat, negligit itaque
Hotomanus artificiosam distributionem, utitque aequali
materiarum divisione, quam sectatur Tribonianus, et sic
incidit in illud tritum:

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.
Dn. Terrellus dum l. 4. à tit. de oblig. auspicatur, videtur
Theophili ad d. tit. et Acursii, ad tit. institutis de
actionib. continuandi rationem approbasse, quia obligationes sunt ma,,
tres actionum, quem tamen errorem, iam dudum alii refuta,,
runt. Donel. ad principium Institutis de actionib. Vultejus ad
pr. institutis de oblig. et l. 2 disceptationum scholastic.
c. 15. et Schekius in delibatis iuris. disput. 25. thesi 2.
et recte non: sequitur, obligatio est mater actionis, ergo pertinet
ad tractatum de actionib. et erit pertractanda in libro, in quo
de actionib. agitur, sequeretur n: in l. 4. agendum quoque esse de
matrimonio et dominio. Nam utrumque parit actionem.

QVÆSTIO. V.

Num Institutiones derogent Digestis?

Affirmat hoc Duarenus in procemio ffrum c. 3. et Temaeus Faber in
disputatione extraordinaria, procemii Institutionum, thesi 6. Quae
opinio defendi potest quatuor rationes et exta. Rationes sunt 4. Prima, quia constat
institutiones post Pandectas fuisse confectas, secundumque hoc 3. § procem:
et constitutione tanta § quae omnia conjuncto § sed cum ii de confirmatione
ffrum, quod et ipse in thesi ult. probavi. Quod autem posterius est, prius
corrigit, argumento legis non est novum 26. ff de legib. Ergo Institu,,
tiones corrigunt Pandectas. 2da In Institutionib. saepe remit,,
titur auditor ad Pandectas, ut fit in tit. de successionib. oblatis
quae fiebant per bonorum venditiones, prout sicut, quae ex latioribus ffrum
libris perfectius apparebit, § aquae 2 in f. ibi, sicut in latiorib.
ffrum libbris oportunius apparebit, infra de actionib. et § fin.

infra de publicis iudiciis. Tertia ratio. Hoc faciunt omnia illa loca in institutionum in quibus vetus ius corrigitur. § q̄ 1 et pr. q nobis infra. per quas personas cuique acquiritur, § sed olim 2. § incertis 25. iuncto § sed nec huiusmodi 27. § ante heredes 34 et § poene quoque 36. inf. de legatis § adeo 3 inf. de locatione et conductione et § fin. inf. de ... exceptionib. per iura a. veteri lege videtur ius quod legitur in ff. quia ff. ista sunt collecta ex iure vetere § sunt et alia 11 inf. de nuptiis, et in quibus omne ius antiquum collectum est § q̄ post libros 4 supra proœmii ergo in omnibus istis locis, institutiones derogabant digestis. Quarto. confirmat hanc opinionem, constitutio tanta, § sed cum perspeximus 11 de confirmatione ff. rum ubi scribit admonuisse Justinianum compilatores iuris, ut memores essent suarum constitutionum, quas pro emendatione iuris, promulgaverat, et in confectione Institutionum et eandem emendationem ponere non morarentur, ut sit manifestum et quod antea vacillabat et quod postea in stabilitatem redactum est. Quod et vult § singulis 5. supra proœmii. Exempla similiter adduci possunt 4. Primum est desumptum ex l. adoptivum 8 in pr. ff de in ius vocando, et § sed hodie 2. Institutis de adoptionib. colligitur ex d. l. adoptivum 8, filium adoptatum transire in potestatem patris, adoptivi, in hoc v. § sed hodie 2. contrarium asseritur, quod videlicet filius non transeat in patris adoptivi potestatem. Quare corrigitur d. l. adoptivum 8 per d. § sed hodie 2. Secundum exemplum. Ex lege liberorum 3. § emancipato 1 ff de capite deminutis, ubi emancipari nemo potest nisi in imaginariam servilem causam deductus, quod ius sublatum est per § praeterea 6. inf. quibus modis ius patriae potestatis solvitur. textus noster ita sunt, sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis observationem procedebat, quae per imaginarias venditiones, et intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto. Nostra autem providentia et hoc in melius, per constitutionem reformavit, ut fictione pristina explosa, recta via ad competentes iudices &c. Tertium ex l. in rem 23 § sed et id 3. ff de rei vindicatione in quo Paulus picturam tabulae cedere contendit, quia necesse sit ei rei cedi quae sine illa esse non potest. Cuius opinionem reiicit Justinianus

in

in § si qs 33, inf. de rerum div. statuitq tabulam picturæ
cedere, ita loqr, si qs in aliena tabula pinxerit, qdam pu,,
tant (intellige Paulum in d. l. 23. §3.) tabulam picturæ
cedere, alius videtr picturam qualiscunq sit tabulæ cedere.
Sed nobis videtr melius ee tabulam picturæ cedere. Quartu.
Occurrit in l. cæterum 4 § mulieri 1 ff de usu et habitaoe
giuncto § item si is q ædium 2 inf. eod. tit. In illo ni qrit q
sit iuris, si domus usus relictus sit marito, et respondet si
marito sit relictus ille usus, q ö fuerit dubitatum qn uxor
cum marito, possit habitare, verba ita hnt: nam p qtrium (illge
si ö mulieri ut in pcedentib. verum marito usus ædium reli,,
ctus sit) qn uxor cum marito possit habitare nec fuit dubitatu.
In hoc v. § posterioribus ubi ex professo qdicit. Ita ni legitr in
d. § item si q 2. vix receptum ee videtr, ut is q ædium htus u
cum uxore habitandi ius hat, h. e ut Donel. l. 10 commentari,,
orum Iuris Civ. c. 25 explicat ægre qd. hoc ab initio recæ,,
ptum fuit, receptum tn a. varie qd. de eo veterum fuerunt
interptaoes, sed tn tand. hæc obtinuit sententia, qa et q
vix fit, fieri tn dubium ö existit. capitulo p Catechismum 2
de cognatione spirituali in 6. et l. vix certis ex causis §3
in pr ff de iudiciis. Matthias Colerus ad cap. quoniam
n. 21 extra de pscriptionib. Esse a. dubitatum de reali,,
qua et ö ee dubitatum, qtria st pugnantia, q simul uno et
eod. respectu vera et falsa ee nequnt. teste Arle 1 Sophisti,,
corum Elenchorum c. 4. Quare fatendu erit sublatum
ee id q dr in d. l. cæterum 4. § mulier 1 p d. § item si is 2.
nisi cum Aidio Hortensio ad d. § item si is 2. dicere veli,,
mus errorem hic comisisse Tribonianum, plerumq in his in,,
stitutionib. dormitantem, et q ap Caium inventa st, ut erant
reponentem, sine ullo penso, q d in Pandectis posuisset. Ve,,
rum hæc sententia ö satis tuta videtr, q primum evinco ex
Iustiniani mandato, iniunxerat n: ille Triboniano reliqsq

iuris

juris compilatorib. ut ita comportarent ffsta et Institutio,,
nes, ne repugnantia q̄dam in libris illis invenirent. Ita n: loqr
in constitutione cordi nobis ē, ss supra dictis 3. de emendatione
Codicis Dni Justiniani. Supra dictis itaq Magnificis et
prudentissimis Viris, pmisimus hoc opus facere &c. ut undiq
n solum Institutionum et ffrum via dilucida et apta pateat
sed et constitutionem nri Codicis plenum jubar orib. clareat &c.
Si itaq in utroq libro sua invenit dilucida et apta, n
video, quomo unus alii derogare et criari possit. Secundo
Quoniam nihil tam stabile est in hominibus et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status, sub perpetuo consistat motu. Nov. de non alienandis aut permutandis rebus Ecclesiasticis 7. c. 2. Novel. ut omnes obediant iudicibus 69 c. 4. et nullusque potest naturam sic retinere, ut non nihil peccet. Nov. quomodo oporteat monachos vivere Nov. 133. c. 5. Lib. 1 de natura deorum et c. 24. proverb. Salomonis, Ideo, quapropter definitionem Iustitiae non recte tradi de habitu dicendum videtur adeo ut Joannes vetus Glossator, quem Accursius citat h. nostro titulo in verbo Iustitia, verba haec constans et perpetua reiicienda esse putaverit. Verum ut haec et similia loca, pro obtinenda contraria sententia, hi effugiant, dupliciter respondent, quae recte a paucis videbo. et primo quod dicunt definiri hic Iustitiam ut in se est et non in homine, in abstracto et non concreto. Aldus in l. 10 ff. h. t. Gottofredus in pr. Instit. hic et ibid. Wesemb. et Chrondus Eanadiophanon cent. 1 assert. 2. Verum hi errant, quia in practicis disciplinis non fingendum est quodlibet, sed quod fieri potest. cum propter finem omnia tradantur et discantur ut monet Arist. l. 2 Pol. c. 4. et alias regula est Logicorum trita. Accidens quodlibet talenus definiendum esse, quatenus est in proprio suo subiecto. Sed proprium habitus est inesse. Arist. 2. Ethic. necessarium itaque est ut Iustitia homini insit, quae ipsum ad iuste agendum disponat. Sic Schneidewein. et Mynsinger hic Paulus ab Eytzen. l. 1 Ethic. c. 5. et Vomeus disp. 1 Institutionum et alii. putant Iustitiam

Sane

1a. hic respon. [illegible]

Huius responsionis elegans refutatio. Est quod Iustitia voluntas constans et perpetua, talis sive habitus animi volentis et iustitiam, quod suum cuique tribuendum certo animi iudicio, et certo perpetua notitia [illegible] certe notitia [illegible]

2a. Responsio

A nostri iudicio censenda. Mynsinger hic n. 10

hanc non mentis a. voluntatis constantiam requirere, verum solum externam obedientiam, quod quoque in praecedente quaestione dictum fuit. Distinguimus itaque cum Thoma in 2.2ae q. 58 art. 1 et Dominico Soto l. 3 de J. et J. qst. 2 art. 1, in voluntatem, quae dupliciter modo perpetua dici potest, uno ratione actus, qui nunquam interrumpitur, altero ex parte obiecti, quando homo perpetuo vult iustum. Prior respectus soli Deo competit, posterior vero homini qui habitum hunc acquisivit, et ita iustitia rectissime definita habitus. Confer Antonium Fabrum in Jurisprudentia Papinianea l. 1 t. 1 principio 4. et Ecbemius de principiis iuris l. 5. c. 5

(margin: … praepositus … ut quod … universalis definitione … simpliciter et negative et merito.
Voluntas perpetua dupliciter modo dici potest)

QVAESTIO IV.

Num in Justitiae definitione legendum sit tribuens, num vero tribuendi?

Malo legere tribuendi, quod cum Wesembec. in paratitlis ff. rum n. 10. et Hotomano Justit. l. 1. t. tribuens, haec enim posterior lectio parum recepta est a Doctoribus nec immerito. 1mo quia quocunque perfecte ad operandum disponimur, id operatio ipsa non est. Atque prius est verum de iustitia quae habitus est, est enim virtus dispositio perfecti, ut docet Arist. 7. Phys. c. 3. Ergo et posterius, et sic non recte additum verbum tribuens, quod Justitiae actum et operationem inducit. Secundo quia Justus non ipso actu semper Justitiam exercet, cogitur enim interdum expectare ~~Justitiam~~ occasionem: quemadmodum autem qui pulsare Cytharam scit, etsi non pulsat, non minus tamen Cytharista est, quoque mederi scit et si non medetur medicus tamen est, ut ait Xenophon de factis et dictis Socratis l. 3 in pr. Sic et iustus, et si non semper exerceat ipso actu Justitiam non minus tamen iustus est, quomodo ergo poterit per actum Justitia definiri? Sed obiiciunt hoc modo homo Justus suum tribuit, quia iustus, ergo per Justitiam Justus iusta tribuit et agit, ergo beneficio Justitiae. Quae omnia recte se habent, quae vero ex praemissis ulterius inferunt, ergo ipsa Justitia recte

(margin: Rationes pro lectione tribuendi sunt)

(margin: Obiectio)

dici

dr tribuere, et sit virtus dr tribuens suum cuique, o ita Sar
n: consequentia ex prioribus propositionibus o recte infertur, quamvis
n: Justus quatenus tribuit suum alteri Justitia beneficio tri,
buat, o tn tribuit Justitia ipso actu, quia habitus o e pri,
mum agendi principium teste Piccolom. de gradib. moralib.
gr.3.c.19. Sed homo p Justitiam, p quam facultatem et potentiam
ht iuste, prompte, expedite et faciliter agendi, quamque et in
actum, quoties sese offert conditio producit, propterea et Justi,
tia ab Arle l.5 Et. Nic. c.1 habitus definitur, quo homines idonei
st ad agendum ea q iusta st, eademque agunt et volunt.

QVÆSTIO ~~III~~ V.

Num Justitia sit prior Jure?

Affirmat hoc Ulp. in l.1 in pr. ff de Justitia & Jure, quae
rum e si rem ipsam spectemus o v. grammaticam derivationem
quia ius o a Justitia, sed q Justitia a jure et iusto deducitur,
prinde ut a maesto, fit maestitia. Constat n: q Justitia, q in d.l.1
in pr. idum expositionem Donelli l. com. Juris l.iv.c.4 providi,
nimia insita hominum mentib. et fonte oi boni et eq sumitur, oe
ius perfecit. formavit et informavit, et cum re et nomen, unde
Cic. l.3 de Rep. et August. l.19 de civitate Dei c.27. Jus ma,
nasse ajunt de fonte Justitia, Et quamvis concedam illis q contendunt
Ulp. in d.l.1 usurpare et accipere vocem iuris pro iuris arte p me,
tonymiam, minime tn sufficit illa responsio, cum o quaeritur ibi
num ius, quatenus ars e posterius sit Justitia, verum de no,
mine huic arti indito, num vel nomen illud posterius sit Justi,
tia, q utrevera ante artem fuit, sic et revera, ob artem a Justitia
appellari nequit. Quare parum efficit, collectio Cujaciana, q et
Arumaeum, in exercitationib. Justinianeis disp.1 th.5. defensorem
ht, et e talis, Jus e ars aeq et boni, ars posterius e eo, q arte
continetur, arte a. aeq et boni Justitia continetur. Ergo Justitia e prior Jure.

Sin

Nam si de propria signi- ficatione et eminentissima iuris et Justitiae propri- etate loquamur, bene ve- re dicemus, ut in textu ... Arts scribit ... re ... Mynsing. § S. n. 3. lib.

pr. giium v. et recte dr Justitiam ee iure prius, sive ius accipias pro notitia et practico principio, sive et pro arte iuris. Jus quatenus pro notitia et principio practico sumitur, ideo prius e Justitia, qa constat principium ee prius eo cuius e principium. Quare et Justitia, quatenus definitur constans, et perpetua voluntas, h. e. habitus, posterior erit notitia, sine qua habitus ille et sic tota Justitia comparari non potuit. Quod v. Jus sumatur pro arte iuris, ut sumitur in l. 4. ff de extraordi- nariis cognitionib. l. 2. ff de Officio assessorum, iustitia quoque prius sit ita probo, habitus n. sunt artibus priores, sed posterio- res, cum longa et multa exercitatione, artium adminiculo, q. ut et reliquarum scientiarum per additamentum inventa est. Primus n. aliquis in aliqua disciplina aliquid invenit, id tn rude et imperfe- ctum, alius postea eo principio adiutus, aliquid aliud invenit dn alius aliud adiecit, donec ad perfectionem per multorum opera ducta sit. Jacob. Zabarel. l. 2 de natura Log. c. 10) ac grante Hoc confirmat ex Quintiliano lib. 2 Institutionum Oratoriarum c. 19 neque artem sine natura, neque naturam sine arte quicquam excellens, ne quidem consumatum oratorem producere posse scribit. Multo minus quidem hominem Politice iustum. Et hoc respectu Justitia iura omnibus distri- buere dr in Nov. ut oes obediant c. 69 in pr. Omne a. distribu- ens posterius e eo, quod distribuit et sic Justitia posterior erit iure.

QVAESTIO VI.

Num ius sit Ars?

Negativa pars eiusque rationes 4 vanae

Negat hoc Bodinus in distributione iuris universi, et Petrus Costallius, in parergis Juris n. 10. ob quatuor potissimum funda- menta et rationes, prima e, oes artes suas ex causis et principiis possunt demonstrari, Atq in Jure Civili sola sufficit condendis voluntas, vide l. 20, et § sed et 6. Institutis de Jure Nati Gent. et Civ. Ergo Jus Civile non erit ars. Secundum artes sunt rerum perpe-

1 quod hat prin- cipia

Tam diu unumquodque de iure pos subsistet, quousque Imperator voluerit

2 quod sit rerum perpetuarum sed sit mutabile. § penult. I. S. de I. N. G. et C.

sua

tiranum, Jus a. civile saepe mutatur, uel tacito consensu populi,
uel alia postea lege lata § penult. Instit. de Jure Nat. G. et civ.
et l. de quib. 32. ff de legib. Ergo ius civile non est ars. Tertio.
singularia non cadunt sub artem, ius a. Romanum est singu-
lare, ad solam Remp. Romanam pertinens. Ergo ius Ro-
manum in artem non potest redigi. Quarto. In artib. traduntur
perfectae definitiones. Atq omnis definitio in iure nro est periculosa,
parum n. est ut non subuerti possit. l. omnis 202 ff de reg. Juris
Ergo ius nrm non est ars. Verum non obstante hac senten-
tia dicimus cum Lhemio lib. 2. de principiis Juris c. 17.
Corasio parte 1. de Juris arte c. 1 Henrico a Villa de Juris
arte et aliis, ius nrm in se artem esse, si artis vocabulum
non stricte sed late sumatur ut supra dixi. Ostendunt n: hoc primo
scripta Donelli. Vigelii. Conani. Vulteij. Corasii. Lagi.
Althusii, et aliorum. qui hactenus ius, in artis formam
beneficio logices redegerunt. Et quis obijci possit artem
iuris, omnibus numeris absolutam neminem adhuc tradidisse,
inde tn non efficitur ius in se consideratum artem non esse, aut redigi
in artis formam non posse, cum vitia ista sint personarum.
Hinc q ius nrm ars sit probat d. l. 1 in pr: ff de Justitia et
Jure ubi Celsus eleganter definit ius artem boni et aequi et
Cic. primo de Oratore loquitur ita, si n. a. mihi facere licue-
rit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occu-
parit, aut mortuo effecerit, ut primum omne ius civile, in ge-
nera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum generum quaedam
membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitionem
declaret, perfectam quidem artem Juris civilis habebit,
magis magnam et uberem, quam difficilem et obscuram.
Imo ipse Cic. librum edidit, qui inscriptus est de iure Civili
in artem redigendo, ut constat ex l. 1 Gelli Noct. Atticarum c. 22.

3 q sit singulare hoc ... sub artem non cadun...

4 q non habeat perfectas definitiones ut reliquae ...

Affirmativa pars.
eiusque rationes

1 ratio ab auctoritate
Doctorum qui ius nrm in a...
redegerint.

N3. Jus in lata ... artis vocabulum ... ars dici potest ... acceptio vocabuli ...

2 q sit definitionem perfectam ...

3 ab auctoritate ... librum de iure Civili in artem redigendo ... teste Gellio

F

Tertio

80 3a minori nauas.

Tertiò, si somniorum a cognandi iuris artem quandam con,,
scripserunt et composuerunt, turpe certè foret, eam velle
adimere iuri Romano, quod caeterae artes oēs augent,
fouent et defendunt. At prius ē verum teste Joanne Cora,,
sio, de iure Civili in artem redigendo c.1 Ergo et po,,
sterius. Quarto. Quodcunque ē cognoscibile, proprium
ht finem propriumque subiectum, et ex suis causis demonstrari,
pt, id artis formam recipit. Cicer. de Orat. et Ehenrius
l.1 de principiis Juris c.17 et ult. Atque ius Romanum tale
ē. Ergo ius Romanum artis formam recipit. Minor
propositio probatur, et primò quod quod ius nrm sit cognoscibile,
patet ex dfoe Juris prudentiae, quae nihil ē aliud quam iuris cognitio
ut dicam in quaestione sequente. 2dò ht finem proprium, qui ē
suum cuique tribuere seu Justitia. Tertiò ht proprium subie,,
ctum, vt hoiem, quatenus ille dirigibilis ē ad legum nor,,
mam, siquidem illud rerum alicuius disciplinae subiectum ē,
ad quod oia, quae in disciplina illa traduntur referri possunt Zabar.
l. de tribus pcognitis. c.2. At ad hoiem oē ius refertur. l. cum
q. 2. ff de statu hoium, et l. impictum 28 .§1 ff de usuris.
Homo itaque verum erit iuris subiectum. Quod denique ius nrm
ex suis causis et principiis demonstrari possit, satis probat titu,,
lus 1 et 2 Instit. de Justitia et J. et Jure Nat. G. et Civ.
Non grauant prioris sententiae argumenta. Non primum, quia
illud satis refutatur, per ultimum argumentum sententiae affir,,
matiuae, ubi probavi, quod ius nrm ex suis causis et principiis
demonstrari possit, nec resistit l. non omnium 20. ff. de legibus,
quia non negat textus, quod lex hat raoem, cum de legibus iudi,,
cent prius legislatores, antequam eas instituerant, ut apparet
ex capitulo, in istis 3. distinct. 4. sed hoc docet, non ēē curan,,
dum de unaquaque legis sententia, arcanam et latentem
raoem assequi Menoch. l.2 arbitrarium iudicium Centuria
1 casu 82 n.14 Alioquin multa ex his quae certa sunt sub,,

1 q. sit cognoscibile hoc ius nrm
qualia qst. sub artem cadunt.
ht principia, formam finem subiectum

Minoris propositionis partes singulae probantur
et primo quod sit cognoscibile

2 q. ht finem
3 q. ht subiectum

4 q. ht principia et demonstrabiles

Ad argta adversariorum responsio ad 1

Leges et si his adducti nihil ab adversariis explicantur.

ferrent. l. et ideo 21 ff eod. quare ō male pcepit Ars l. 6.
Et hic. c. 11 ut interdum seniorum prudentiae et experientiae fidem
habeamus. Ad § sed et h respondere pt, illum ita ee
exaudiendum, ut q principi placuit, lege ex aequo et bo-
no ius sit, cum ius sit ars boni et aeq. l. 1 in pr. ff de Just.

ad 2 responsio

Ad 2dum argumentum rndeo, quis concedi possit, q
ius nrm mutabile sit in hypothesi seu individuo, quo
ad particulares quasdam constitutiones, et sic pp varieta-
tem circumstantiarum et temporum cum eadem oib. temporib. et locis gubernant,
id tn ō pt in thesi, quo ad firmas et immotas iustitiae
normas, unde legum dependet auctoritas. Hoc n; respe-
ctu recte dicitur ee ppetuum et immobile, ō itaq; mu-
tabilitas illa facit, ut ius nrm desinat ee ars, alioqui
multae artes periclitarentur. Sic praecepta physica et rerum
ppetuarum, eius tn individua subinde pereunt. Sic quoq;
praecepta politices, a. aliarum artium subinde in melius
mutantur.

Ad 3um argum

Ad tertium fundamentum rndeo pt, maiorem
propositionem ee particularem, qa videmus tractari in
Theologicis de deo. de terra in Astronomicis sole et luna.
q res oes singulares st. ut pbat eximius Thus Goclenius.
parte 3 problem: logic: problem. 10. minor ppositio ē falsa quis
n: ius nrm ad alias Resp. collatum singulare dici possit,
respectu tn civium Romanoru ē universale. l. 1 et l. 8. ff de
legib. l. 3 et 9. C. eod.

ad ultimum

Deniq; ad minorem propositionem
in 4 argumento rndeo in d. l. ois 202. p vocem dfois ō lligi
dfoem logicam, sed saltem Canonem et regulam gnralem
arg. l. 1 ff de regula Catoniana l. mora 32 in pr. ff de
usuris. l. Quinctius 10. ff de auro et argento legato, juncta
l. 4 § 1 ff de hered. instituendis et l. 5 § 8 ff de donaoib. int. virum et uxorem.
et q pfectae et tradantur dfoes logicae in nro iure late de-
monstrat Dominicus Aromatus in tractatu de mora c. 2.

QVÆSTIO VII.

Num ius et iurisprudentia differant?

Multi magni nominis Icti, qtendunt Ictum Celsum in l. 1 in pr: ff de I. et I. breviter. Ulpianum v. in l. 10 §. 2. ff eod. prolixè ius definiisse. Donel. in l. 91 §. 3. n. 3. ff de verborum obligatˀ. Otter. ad pr. Instit. de I. et I. n. 10 et 13. Vultejus l. 1 Iurisprudentiæ Romanæ c. 1 et 8, n. 1 Instit. h. t. Petrus Steigius et Wesembec. ibid. et in paratitlis ffrum de I. et I. n. 4. Frenkle. volum: 1 select. disp. 1 th. 6. Aromatarius exercitationum Iustinianearum disp. 1 th. 6. Hennnius [illegible] illustrium disp. 1. th. 6. et Timanus Faber, disp. annivs. 1 th. 6. Utuntur a. sequentib. argumentis tribus. Quorum primum est è titulo Instit. de I. et I. est conceptus. Atq Tribonianus, o subieccit iuris dfoem sed iurisprudentiæ. Ergo iurisprudentiæ et iuris ead. erit dfo, ne dissensionem, in rubrum et nigrum, q absurdum ee et admittamus. Secundum, q a Icti sumunt pmiscuè artem pro scientia et q. Atq ius è ars et iurisprudentia scientia. Ergo ius et iurispr. o differunt. Tertium o verisimile è Imperatorem omisisse dfoem iuris, quo de in toto isto libro tractat. Ergo dfo iuris quoniam illa nullibi in Institutionib. repit erit dfo iurisprudentiæ et q. Alii v. quis concedant, magnam iuris cum iurisprudentia affinitatem ee, hanc tn cum illo o qfundendam ee recte existimant. Ius itaq ars è æq et boni. Iurisprudentia v. artis illius scientia cognitio a. affectdo. Quam sententiam defendit Duarenus. tit. ffrum de I. et I. c. 2. Cujac. in notis ad hunc tit. Praederodius in notis ad Sneidwinum h. t. et Marcus Lyklama a Nyeholt. l. 1. membranar. Eclog. 40 in pr: Primò si unius rei una tn è dfo ut vult Arls 6. Top. 2. seqr ut ubi duæ sint, et q d. diversæ dfoes, ibi et duæ dissimiles res et essentiæ proponantur. Atq in nro iure st duæ dfoes una iuris altra iurisprudentiæ et q d. diversæ, primò racoe auctorum, illa n., è Celsi hæc v. Ulpiani. Secundò racoe definitorum

ius

Negativæ senten[tiæ] [illegible] argumenta

1 q cum h. è titulus [illegible] de I. et I. iuris defo omittit et illius lo[co] o iurisprudentiæ inferit.

2 quia Icti pmiscuè hæc vocabula usurpant.

3 q a omissa è iuris dfo, q it o ee[t] una cum iurispru[dentia] dna o è verisimile illam omisisse Imp.

Affirmativa pars eiusq racoes et patroni

1o petit a diversitate dfoum ius n. aliter a Celso aliter et iurisprudentia ab Ulp. definitur.

iuris n: et Iurisprudentia sunt diuersa nomina, sunt naturâ res diffusas im-
portantia, arg. l. 1. C. de codicillis. Tertio ratione generum illius
dicitur ars, hoc vero scientia, illa abstrahitur a subiecto, qualis est
ius, haec eidem inhaeret, quae est mens hominis. Quarto ratione differentiarum
specificarum illius est tradere praecepta boni et aequi, siquidem
o vero iniqui, siquidem una eademque regula, simul recti et obliqui
norma est, huius vero est cognoscere, tam iustum, quam iniustum, tam
verum quam falsum, tam bonum quam malum. Habitus n: est activus,
qualis est Iurisprudentia, versatur circa obiecta contraria. Arist. 5. Ethic. c. 1.
Ergo sequitur, quod in duabus definitionibus diversas et diversas res et essen-
tias proponant. Secundum quae textus Institutionum hoc innuit.
nam in § 1 huius tit. proponit cognitio iuris, et recta subiicit
in § 2. cognitionis seu scientiae istius modus. Tertio Non
est verisimile. Pandectarum compilatores, unius eiusdemque rei
uno in tit. duplicem inculcare voluisse definitionem propterea quod
praeceptis artium legitime conservandarum, illud minus sit congrue,
mens. Quarto et Ultimo, dici nequit, quod impulerit Ulp. ut
alio modo definiret ius in d. l. 10. § 2 cum illud antea satis
eleganter definitum erat a Scto Celso ut ipsemet fatetur
in d. l. 1 in pr. ff. de Iust. et Iur. Quare dicendum est definisse
Ulp. in d. loco rem aliam vel Iurisprudentiam, quam iuris scien-
tia est. Non itaque resistunt superiora argumenta, quis n: ve-
rum sit definitionem iuris in tit. Instit. de Iust. et Iur. non proponi, non tamen sequitur,
nigrum rubro esse contrarium. Constat n: nigrum tractare quoque
de iure, quando Iurisprudentiae definitionem subiicit in § 1. aut quando
met hominum iuris. § his igitur 2. a. quando praecepta iuris in § 3 la-
quando divisionem iuris in § fin. proponit. Non secundum quia quis
aliquando artem in iure sumi pro scientia aut contra concedamus,
non tamen sequitur quod scientiae [?]proprium in definitione Iurisprudentiae, eod.
modo cum artis vocabulo, quod est in iuris definitione, debeat
confundi; summa n: est dementia secundum portium Catonem orationem
detorquere cui rectam esse licet. Non denique tertium, quia non
rarum est in nostro iure, ut interdum alicuius materiae, qua
de agitur in Institutionibus omittatur definitio. hinc omisit

Tri-

2 ab diversitate definitorum

3 Ratione generum

4 Ratione differentiarum

Refellit argumenta adversariorum in principio adducta

Tribonianus d[e]f[initione]m iuris, et ipsius loco iurisprud[entiae] d[e]f[initione]m posuit, ob summam affinitatem, q[uae] e[st] in[ter] ius et iurisprudn[enti]am. Hemq[ue] & adeo n[on] tam ... sollicitos ee, q[uo]d factum sit ab Iustiniano, q[uam] q[uod] fieri debuit.

Iuris cum iurisprud[entia] summa e[st] affinitas, o[mn]i[n]o n[on] e[st] confundenda et ne ...e d[e]f[initi]o illius e[st] tribuenda.

9 2 Ianu. 1615

QVÆSTIO VIII.

Num detur æq[ui]tas scripta?

Qua de q[uae]stione q[ui]d sentiendum sit, vide ea, q[uae] nu[per] dixi in ... publica, de consuetudine in genere q[uae]st. 4.

QVÆSTIO IX.

Num αὐτοχειρία sit de iure civili licita?

Pro parte negativa, h[a]e faciunt ra[ti]o[n]es.

Negativæ sententiæ o[mn]es ferè subscribunt, p[ro]p[ter] seq[ue]ntes ra[ti]o[n]es.

I[m]a e[st]. Quicunq[ue] se iure occidere vult, is debet ee dominus suorum membro[rum]. Atq[ue] nemo e[st] dominus suorum membrorum. Ergo et nemo p[otes]t se iure occidere, Maior e[st] manifesta. Minor v[er]o p[ro]bat[ur]. l. liber 13 in pr[incipio] ff ad legem Aquiliam.

2 ra[ti]o, q[uae] videtur mihi o[mn]i[n]o p[ro]bat[ur] ... c[ontra] positam q[uae]stionem.

II Si is malus d[icitu]r q[ui] se ipsum occiderit, seq[uitu]r ipsam αὐτοχειρίαν ee malam. Propterq[uod] n[am] unumq[uod]q[ue] e[st] tale, illud magis e[st] tale. Atq[ue] prius e[st] verum. Ergo et posterius. Propositio minor p[ro]bat[ur] p[er] l. cum a. 23 § excipit[ur] 3. ff de ædilicio edicto. Ubi textus ita loq[ui]t[u]r malus servus creditus e[st], q[ui] aliq[ui]d facit, quo magis se rebus humanis extrahat, ut puta laqueum torsit, sive medicamentum pro veneno bibit, p[rae]cipitemve se ex alto miserit, aliudve q[ui]d fecerit, quo facto speravit mortem pventuram.

3

III Quicunq[ue] potestate moderandi res suas ita utit[u]r, ut in nimium suæ rei abusum abeat, is si n[on] ordinarie, t[ame]n extraordinarie p[u]nit[u]r, q[uo]d sed hoc tempore 2. Instit. de his q[ui] sui vel alieni iuris s[un]t. Atq[ue] q[ui] se ipsum occidit, is potestate sibi a lege q[on]cessa nimium abutit[u]r d. § 2. Ergo is punit[u]r

4

IV Non rarum e[st] ut q[ui]s t[ame]n p[ro]p[ter] animum malum puniatur, modo q[on]stet de animi malo proposito. l. 1 ff de extraordinariis

criminib. l. 1 C. ad legem Corneliam de sicariis l. 5. C. de Episcopis et
Clericis. Ratio est quia in maleficiis voluntas spectatur non exitus
l. divus 14. ff. ad legem Cornel. de sicariis. Atque de autocheira
hoc est, malo animo et voluntate constat, certe alii non par,,
citurus postquam sibi non pepercit. l. qui rei postulati 3. § sic. a. 6.
ff. de bonis eorum qui ante sententiam, et d. l. cum a. 23. § ord.,,
capite 3. in verbis tanquam nihil in alium ausurus, qui hoc
adversus se ausus est, ff. de aedilitio edicto

V. Qui alteri infert iniuriam puniendus est toto tit. de iniu,,
riis. At autocheiria infert Reip. iniuriam. Ergo est puni,,
endus. Minor propositio ita probatur, quia qui sibi ipsi manus
infert violentas, is rempub. spoliat membro hoc est cive Arist.
5 Ethic. ult. Unde et dicitur in l. 1 § et generaliter 15 ff de ventre
in possessionem mittendo, quod partus non tam parenti cuius esse dicitur,
verum et reipub. nascatur. et in l. cum ratio natis 7 § si plures 3
ff. de bonis damnatorum, habetur quod melius sit ampliari imperium
hominum adiectione, quam pecuniarum copia.

VI. Si liber homo non potest sese civiliter occidere (hoc est sponte
coniicere in servitutem) multo minus poterit se naturaliter occidere.
Atque prius est verum. Ergo et posterius. Assumptum probatur
per legem nec si volens 6. C. de liberali causa.

VII. Miles qui sibi manus intulit, nec factum peregit, nisi im,,
patientia doloris aut morbi luctuve alicuius, vel alia causa
fecerit, capite puniendus est, alias cum ignominia mittendus
l. si quis aliquid. 38. § pen. ff de poenis. et l. omne delictum 6 § qui se vulneravit 7
ff de re militari. Si itaque statutum hoc est in milite, multo
rectius statuendum erit in quovis pagano, cum milites
plura habent privilegia, quam pagani

VIII. Si non licita est castratio, non et licita erit autocheiria
minus enim est se castrare, maius vero occidere. Atque prius est verum.
l. lege 4. § fin. ff ad legem Cornel. de sicariis, et Novel.
de his qui eunuchos faciunt 142. Ergo et posterius.

IX

9 IX Afferunt l. 1 § si sibi 22. ff de S.consulto Silaniano, ubi iniungitur servis, ut dominum in se saevientem prohibeant. Ergo dominus non poterit se iure occidere, si n: se iure occi- deret, prohibendus non esset. Nec n: cuiq. sociorum ius suum detrahendum est § fin. Instit. de his qui sui vel alieni iuris sunt.

10 X. Quaecunque deum ad iracundiam provocant et pias mentes offendunt, illa iure civili non sunt licita. l. decere 3. in pr. C. de summa trinitate. Atq. negari non potest αὐτοχειρίαν provocare deum ad iracundiam, piasq. mentes offendere. Ergo αὐτοχειρία iure civili non erit licita.

11 XI. Constat, quod αὐτοφονευτῆς denegetur sepultura honesta, ut omnes tradunt, qui sunt in hac sententia, quod sepultura vocatur a Glossa in capitulo placuit. causa 23. qst. 5. canina. Et Hieremiae. c. 22. N. 19 Asini. At denegare honestam sepulturam est ob delictum quem punire. Ergo αὐτοχειρία est delictum. Affirmativa v. sententia, quae et placet Aidio Hortensio ad § iuris praecepta 3. Instit. de I. et I. Vultejo in l. 2. n. 1. C. ubi causae fiscales, vel divinae domus etc. Et Polemio, disp. 1 qst. 4 et disp. fin. qst. 6. sequentibus probari potest argumentis, quorum primum est. Quodcunque in aliqua disciplina licitum est, id non est prohibitum. Atq. αὐτοχειρία in iure civili licita est. Ergo αὐτοχειρία in iure civili non est prohibita. Maior propositio probatur per l. transigere 18. C. de transactionib. l. quidam Hiberus 13. ff. de servitutib. praediorum urbanorum. l. 151 ff de R. I. et l. si cum dotem 22 § si maritus 1. ff de soluto matrimonio. Et quamvis Caspar Schifordegerus l. 3 tractatu 25. qst. 1 licitum esse dicat, quod nec prohibitum, nec permissum sit, illa tamen sententia satis per priores textus refutatur. Minor propositio fundata est in l. sed si 9 §§ si ipse 7. ff de peculio, ubi haec scripta reperiuntur verba: si ipse servus sese vulneravit, non debet hoc damnum deducere, non magis, quam si se occiderit vel praecipitaverit. licet n: et servis naturaliter in suum corpus saevire. Proponitur itaq. in dicto loco quaestio de deductione

peculii num vero dominus iure possit aliquid de servi peculio deducere, quod sese vulneraverit aut occiderit. Ad quam quaestionem respondet negative, ubi et in l. quod quis servo 9 § si ser. ff de peculio legato. Ratio decidendi affertur in utroque loco, eademque una et eadem, sed diversa, in hac enim lege 9 § 2 ita colligit Jctus Paulus, si nihil deducendum est, quanto vilior servus factus est propter fugam, nihil et deducendum erit, si servus sese vulneraverit, vel occiderit. Non ulterius progreditur, nec quaerit, num actio ipsa, licita vel illicita sit, sed tamen monstrat dato exemplo, quod dominus nihil eo nomine de peculio deducere possit. in illa vero l. sed si 9 § si ipse 7. alia utitur Ulpianus ratione, cur vero dominus nihil de peculio servi deducere possit, quod vero liceat et servis naturaliter in suum corpus saevire. Quae verba alii aliter accipiunt, quidam enim existimant, verbum licet, intelligendum esse, de modo facto, a legibus non approbato, quod propriam in potestate facientis sit, non quod illud liceat naturali, aut alio quo iure. Nec aliam esse Ulpiani mentem, ex alio eiusdem responso, quod de in d. l. cum 23. § excipit 3. ff de aedilicio edicto constat, ubi ab eodem Ulpiano servus iste de quo agitur in d. l. 9 § 7. malus vocatur. Eodem fere modo Petrus Heigius respondet in parte 2. quaestionum qst. 36. n. 24. conniuere in quibusdam legem civilem, et dissimulare, licet ea quae inhoneste aut minus recte fieri statuat, neque omnibus pravae factis poenam imponat. l. non omne 144 ff. de R. J. et l. etsi quis 14. § divus 14. ff de religiosis, et sumptibus funerum, atque ideo quod dicatur in d. l. 9 § 7. licere et servis naturaliter in suum corpus saevire, tamen scriptum est, in d. l. 23. § 3 malum credi servum. Accursius in d. l. 9 § 7. in verbis Si ipse servus, ff de peculio, existimat licere servis, in proprium corpus saevire, hac ratione tamen ne dominus, damnum sibi inflictum de peculio deducere queat, non autem licere hoc servis aut aliis de iure naturali, vel Civili, cum quis propterea puniatur. l. omne delictum 6. § qui se 7. ff de re militari. Alii denique contra, ordiunt d. l. 9 § 7. de servis non vero liberis hominibus quod illud speciale sit in servis, propterea quod iure civili exaequantur quadrupedibus. l. 2.

§ 2. ff ad legem Aquiliam, et pro nullis habeant, l. quod attinet
32. ff de R. J. Verum reiectis hisce omnibus interpretationibus putarem
d. rationem velle, non tantum de iure licere servis, verum et liberis hominibus
saevire in suum corpus. Quod autem liceat et concessum sit hoc sa,,
tis colligitur ex d. l. 9. § 1. ubi decidit, dominum non posse aliquid
de peculio iure deducere, propter αὐτοχειρίαν, redditque iuris
istius rationem, quod liceat servis naturaliter in suum corpus saevire. Quae
ratio, autem de modo tantum facto autem de iure loquitur, si prius: nihil con,,
cludit pro Ulpiano, et potius contrariam sententiam infert, nulla,,
n: est ratio consequentiae; servi possunt se de facto occidere.
Ergo dominus iure propter damnum datum, nihil de peculio de,,
ducere potest. Nam ita potius concludendum erat: Ergo do,,
minus iure propter damnum illud datum de peculio aliquid
deducere potest. Sin: denegata domino deductio ista concessum
videtur servo, ut aliquid lucrari possit ex suo delicto, contra legem
itaque volo 12. § sed furti 1 ff de furtis et legem si ne here,,
ditariam 22. ff de negotiis gestis. Concedunt n: servum istum,
sese vulnerantem delinquere, et damnitati deductionem
inhiberi. At inhibetur propter vulnerationem, et sui occisionem,
Ergo inhibetur propter delictum. Tantum si hoc modo tractanda esset dicta
ratio, frustra Ulpianus eam posuisset, cum notorium satis sit,
quem posse de facto in suum corpus saevire, illudque consta,,
bat satis ex praecedentibus. Concedendum itaque est dictam rationem
de iure exaudiendam esse. Secundo quod omnibus liceat, sese inter,,
ficere et liberis hominibus colligitur ex voce ETIAM. quae
est multiplicativa, seu implicativa, ut loquitur Bartholus,
in l. 1 C. et per procuratorem causam in integrum re. Et in l.
suus 4. ff de Haeredibus Instituendis Pinelus in Authentica
nisi tricenale n. 40. C. de bonis maternis. Joanes Franci,,
scus Oberius in § haeredes 1. Instit. de haeredibus instituendis
Hispan. in l. sancimus 24. n. 26. C. de donationibus et Hedens
in l. 91 in pr: n. 6. ff de V. S. Implicat itaque et includit

casu

casum magis dubitabilem, et omittit minus dubitabilem, ut
sensus sit d. l. 9. §. 7. ff de peculio, non tam liberis hominib. de quo
minus dubitatur, verum et servis licere in suum corpus saevi,,
re, de quo magis dubitari poterat, cum plus iuris dominis
tribuatur quam servis, et magis liber homo, quam servus videatur
dominus suorum membrorum. Non itaque resistit prima alla,,
ta explicatio, quia negamus quod verbum illud licet intelligendum
sit de nudo facto, nec recte movent d. l. cum a. 23. § excipitur 3.
ff de aedilitio edicto, loquitur enim ibi textus ut colligitur ex principio
de eo, qui mortis consciscendae causa quid fecit, mortis autem consci,,
scendae causa sibi facit, qui propter nequitiam, malosque mores, fla,,
gitiumque aliquod admissum, mortem sibi consciscere voluit, ut
explicatur in l. bovem 43. §. mortis 4. ff eod. titulo. isque omni,,
no puniendus est, tanquam nihil in alium ausurus, qui hoc adversus
se ausus est, d. l. 23. §. 3. et l. 3. §. 6 ff de bonis eorum qui ante
sententiam &c. Et de tali casu non loquimur. Eodem modo
respondendum est ad Accursii explicationem. Accursii v. expositio,,
nem, satis praecedentia refutant, quia ratio ipsius eadem videtur
esse cum dicta. Ad ultimam respondeo, nullo modo id specialiter
in servis receptum esse, constat enim, licere etiam hoc liberis
hominibus, et si αὐτοχειρία delictum est, ut putant adversarii, et
maiores nostri in eo supplicio, severius servos quam liberos pu,,
niverunt. l. capitalium 28. § fin. ff de poenis, sequitur nullo modo,
in praesenti casu servis parcendum esse. Hinc servi aliqualiter, in
iure civili considerantur, nec resistit, quod habeantur pro nullis,
quia illud verum est respectu libertatis civitatis et familiae,
quae omnia servis denegantur. Secundum argumentum deductum ex l. qui rei
postulati 3. in pr. ff de bonis eorum qui ante sententiam &c. quo eos
qui putant αὐτοχειρίαν in iure civili puniri, ibi enim Papinianus
in hac scripta scripsisse fertur, ut qui rei criminis non postulati, manus
sibi intulerint, bona eorum fisco non vendicentur, non enim facti sceleri,,
tatem esse obnoxiam, sed conscientiae metum in reo, velut confesso

teneri

teneri placuit. Ergo debent eē a. postulati a. in scelere dep„
hensi, ut si se interfecerint bona eorum confiscentur, q. proba
fati diluendi forent, ō tam obidq mortem sibi consciverit, qm
puniri, q obid, q mortem sibi consciscendo, crimen illud, quo
de accusabatur confessus videt. Itaqz proprie loqndo, nulla ē
poena eius, q sibi mortem consciuit, sed poena potius ē eius criminis
de quo accusatus ē. Nec recte obiicitur primo dicta proba tm
bonorum publicationem inhibere, ov. velle αὐτοχειρίαν alio
modo ō eē puniendam: q a reddit in d. l. rao gnalis, cur bona
illorum, q rei criminis ō st postulati, fisco ō vindicent, licet
manus sibi intulerint, vit, q fati celeritas 6 sit obnoxia. hn hoc
manifeste gstat ex l. ō animadvertimus 2. C. ubi cā ex fiscalis,
vel divinæ domus, ubi diserte negat de poena eius q sibi mortem
consciuit qri, proba st, nam cum hoc qrat, an pater tuus
mortem sibi consciverit, metu alicuius poenæ, ac ppea,
bona à fiscō vindicari debeant, iam ō de crimine a. poena
mortui, sed de bonis qrendum ē. Secundo obiicit q in d. l.
rei postulati 3. legendum sit, ō, fati celeritatem, sed facti scele„
ritatem, ut cum recentiorib. legit Iacobus Cuiacius ad l. sigs 6.
§ eius q. deportati 7. ff de iniusto rupto. Quo sceleritatis hb
ingens depravao, et feritas turpissimi animi eius, q sibi ma„
nus infert significatur. Verum quoniam prior lectio ē Flo„
rentina, et cum cæteris legibus ō pugnat, merito retinenda ē.
hn si posterior lectio, et interptao vera ē, mirum certe videt
cur tale factum legibus ō sit obnoxium? Tertium fundamen„
tum ē, q miles capite puniatur, si sine cā, manus sibi in„
tulerit, nec factum pegerit a. cum ignominia mittatur, si hoc
fecerit ex cā d. l. sigs 38. § fin. ff de poenis. et l. ōe delictis 6.
§ q se vulneravit 7. ff de re militari. Cum itaqz hoc sit specia„
liter receptum in milite, ut apparet ex pr. dicta l. ōe delictis 6.
seqr in paganis, aliud receptum eē. Quartum ē, q a vide„
mus in iure nro attendi cās, ob quas qs sese occiderit, ut ē
tædium vitæ, valetudinis adversæ impatientia, dolor corpo„

ris

ris, pudor æris alieni, luctus, furor, insania &c. l. si quis 6. § eius q deportati 2. ff de iniusto rupto. d. l. 2. C. ubi caæ fiscales. l. 2. Cod. de bonis eorum, q mortem sibi consciverunt. l. 1. § si quis 23 ff de senatus consulto Silaniano. l. bovem 43. § mortis 4. ff de ædilicio edicto. l. eius militis 34 in pr. ff de testamento militis. et l. in fraudem 45. § eius bona 2. ff de iure fisci. Atq cææ illæ specialæ necessariæ non st, sed ideo attenduntur, neqs crimen de quo accusatur confessus, neve animum occidendi alterum habuisse videatur, q caa e, q bona illius, q conscita morte, nulla iusta caa præcedente in reatu decessit, non sint publicanda, si parati fuerint hæredes caam suscipe, et innocentem defunctum ondere, d. l. q rei 3. § fin. ff de bonis eorum q ante sententiam. Ergo et extra dictas caas αὐτοχειρία erit licita. Quintum argumentum e ex concessione doctorum, q aliud iuris præceptum, alterius tm læsionem prohibet. primum n: agentem ipsum respicit, et ptinet ad bonos mores, ne qd faciamus, q famam, existimationem nram lædere possit. Secundum et tertium ad alios respiciunt, illud prohibendo neqs alterum lædat, hoc v. imperando ut suum cuiq tribuamus. Et quis doctores respondeant argumentum hoc dictum ee a contrario sensu, q locum non st, qn inde sequr absurdus tctus et legum correctus teste Everardo in top. loco a contrario sensu n. 6. tn hoc negamus. Ultimum e q a Stoici αὐτοχειρίαν statuerunt, ut patet ex iis q scripsit Lipsius in manuductione ad Stoicam Philosophiam l. 3. dissertatione 22. Atq Ulpianus fuit Stoicus, teste Cuiacio l. 26 observationum obser. 40. Ergo Ulpianus in d. l. 9. § 7. ff de peculio, αὐτοχειρίαν statuit. Ad primum argumentum respondeo, et quidem admi norem oppositionem, et si dicatur in d. l. 13. ff ad legem Aquiliam neminem membrorum suorum dominum videri, non eo tn dr quo minus cuiq liceat seipsum lædere, imo quo magis alteri alterum p legem Aquiliam liceat, ex qua lege hic verbis, dominum membrorum suorum neminem videri, negatur directa actio libero homini, q ab altero læsus sit. Cæterum iure

nali

Vide 5m in [illegible] 17. [illegible]

Ad 5m argumentum responderi pt læsionem suiipsius prohiberi in primo, vel tertio præcepto. In primo qd. q aliud ptinet ad bonos mores, ptinet ne qd faciamus q famam existimationemq nram lædere poit, atq hoc lædit famam si qs seipsum interficiat. In tertio v. præcepto prohibetur, q a si q violentas sibi adfert manus, auferunt sibi qd non debuit, q ablatio summa e iniustitia.

nati ex hoc loco legis Aqliae sententia adiuto ō licet, utilē
ex ea lege acōe in eum pposita, q liberum hoīem læserit.
Numqdq q seipsum læserit, adusus seipsum utilēm Aqliā
acōem ob id habiturus sit? Atq id eo loco necesse eet, ut
ab eo dici posset, seipsum lædere ō licere. Aidius Hor,,
tensius d. loco. Tn respondeo hoc mo, nemo ē dominus mem,,
brorum suorum, nisi tn lex dominium subditis suis concesse,,
rit. Esse a. hic concessum dominium, probatr p superiora fun,,
damenta. Ad probaōem assumpti in 2do argto, rđeo. d. l.
cum a. 23. § excipitr 3. de eo loq q mortis consciscendæ cau
qd fecit hoc ē q pp nequitiam malos mores, a. flagitium ali,,
quod sese occidit, et is merito malus vocatr, ō q seipsum
læserit, sed qa constat de eius mala voluntate et malignitate.
certe alii ō pariturus postq sibi ō pepercit. d. l. cum a. 23. §
excipitr 3. et l. q rei 3. § si ca. 6. ff de bonis eorum q ante
sententiam. Ad tertium argumentum rđeo negando mino,,
rem ppositionem, q n: se occidit is potestate sibi à lege concessa
ō abutitr sed utitr, nec resistit d. § 2. qa disponit, ne
dominus servum durius q æquum sit habeat, neue infa,,
mia iniuria eum afficiat. Et mala ē cōseqntia, ō possum
alrm de iure civili occidere, Ergo nec meipsum occidere
possum. Constat n: q in arbitrio cuiusq sit ut possit, bo,,
na sua donare l. si qs 35. § 5. C. de donaōib. dilapidare
et pdere. l. sed et si 25. § consuluit 11, et l. si qd 31. § sicut a 3.
ff de hæreditatis petitione, ō tn alterius. l. ō debet 14. ff de R. J.
et d. § 2. Instit. de his q sui uel alieni iuris st. Ad 4. argtum
respondeo in d. l. q rei 3. § si ca. 6. proponi talem casum, accu,,
satus de crimine, et in carcerem coniectus, se suspendit, qritr
an ppea confessus sit crimen illud de quo occusabatr, et distin,,
guitur, a. pp tædium vitæ impatientiam doloris, uel aliam
causam, manus sibi intulit, a. sine cau. Si illud, psumptio
legis cessat, si hoc psumtio locum ht, et ita merito punien,,
dus erit, q n: sibi ō pepercit, multo minus alii parcet. Additr

tn

tn exceptio in d. l. q reis § fin. nisi haeredes defunctum, q
nulla iusta causa procedente, sibi mortem intulerat, innocentem
ondere parati sunt, et tunc legis illa praesumptio eligit, pro
gratiam probationem haeredum. Ad 5m licet verum sit q audaxes
remp. spoliet quodam membro, non tamen consequens est, eum iniuria
affecisse remp. quia nulla est iniuria q fit in volentem. l. 1 §
usque adeo 5. ff de iniuriis. Et nemo fraudat eos q sciunt
et consentiunt. l. nemo 145. ff de R. J. Consentire a. hoc inde,
minum sit et damnum vocari pt remp. patet ex superiorib.
Ad sextum dico, q in d. l. nec si volens 6 non scribatur liberum
hominem se in servitutem conijcere non posse, reclamaret n: § servi a.
4. Instit. de iure personarum. Sed hoc tamen dr non posse per spontaneam
confessionem in scripturam redactam quem servum fieri, q ille
non sit modus legitimus amittendi libertatem, reclamante praesertim
eo, cuius de praeiudicio agit. Hinc difficilius libertas amitti,
tur, q vita legimus n: libertati a maiorib. tamen impensum esse,
ut patribus quibus ius vitae in liberos, necisque potestas olim permissa
erat, libertatem arripere non liceret. l. fin. C. de patria potestate.
Ad 7. respondeo. audaciam ideo in milite puniendam esse q
severior militum disciplina poenam illam requirat. Unde
Polybius solenne esse ait crudelitatem exercere, terroris causa
in bello. Quae ratio cum in caeteris paganis cesset, ius quoque
illud in milites constitutum, merito cessabit. Quod et vult.
Menochius. l. 2 arbitrariarum iudicum c. 234. n. 22 et sequentib.
dum existimat poenam in d. l. si quis 38 § fin. ff de poenis propositam,
locum tamen habere in milite, quia alias mitiorem arbitrii iudicis
infligendam velit. Hinc responsio data ad argumentum secundum
Hic quoque locum habet. Octavum argumentum, q desumtum est a ca,
stratione, duobus excuti pt modis, primo q ratio q poena posita in,
hibuit castrationem, cesset in nostro casu. Antiquitus eunuchi et
castrati magno in pretio habebant, praecipue v. ab Imperatore Tito,
ut q custodiendis reginarum cubiculis essent propositi. Cum v.
ex eo non levis iniuria fieret sexui foemineo, ideo Domitianus

ca

castrationem vetuit, ut constat. ex l. 4. § item divus 2. ff. ad legem Corneliam de sicariis Suetonio in Domitiani vita c. 7. Vbi castrari puniri mares vetuit, spadonum qui residui ap. mangones erant pretia moderatus est. et Martial. l. 6. epigram. quo ait.

Lusus erat sacrae connubia fallere tedae.
Lusus et immeritos exsecuisse mares.
Vtraque tu prohibes Caesar, populisque futuris
Succurris, nasci quos sine fraude iubes.
Nec spado iam, nec moechus erit te praeside quisquam.
At prius, o mores, et spado moechus erat.

Cum v. per αὐτοχειρίαν sexui feminino, nulla irrogetur iniuria, ideo male argumentamur, a castratione ad αὐτοχειρίαν. Etiam ap. Stoicos non legitur concessa castratio, qui tamen αὐτοχειρίαν probabant. Ad Nonum, quod in d. l. 1. § si sibi 22. servo iniungitur, ut succurrat suo domino, id non fit, quia reprobetur αὐτοχειρία, sed eo ipso lex voluit servis, qui hostes censentur suorum dominorum omnem occasionem ad declinanda supplicia, super negligentia saluti domini sui amputare, ut loquitur lex fin. C. de his qui b. ut indignis haereditates auferuntur. Ad 10. respondeo propositionem maiorem hoc velle, quod omnia scripta, quae religionem Christianorum cultumque quicunque inventa igni mancipentur. Ad minorem v. prosiciationem, si illa consideretur ut considerari debet, in terminis iuris civilis. Non denique refert ultimum, quia concedi potest de iis, qui propter scelus perpetratum in desperationem sese necarunt, non vero de iis, qui ob doloris impatientiam, vel similem ob causam.

QVAESTIO X.

Num ius publicum sit collectum ex iure naturali. Gentium et civili?

Negant hoc Cuiacius in l. 1 § 2. ff. de Iust. et in notis ad

Prima circa hoc dubium est opinio Negant hoc simpliciter

eund. tit. Instit. Conanus l. 1 com. c. eq. Wesembec. in partitionibus iurium de Iust. et I. n. 14. et in § fin. Institutis eodem. et ibidem Petrus Seigius et Burgoldt. Rationes afferunt hae. 1a Si ius publicum collectum est ex iure nat., sequitur ad bruta et illud pertinere, quia natura ius definit, quod natura omnia animalia docuit, pr. Instit. de Iure Nat. Gent. et Civ. Posterius autem est absurdum quia videmus bruta non habere sacra, sacerdotes, magistratus et similia in quibus consistere dicitur ius publicum l. 1 § 2. ff de Iustit. et I. Ergo et prius. 2a ratio Si ius publicum collectum est ex iure gentium, sequitur, quod apud omnes gentes eadem sint sacra, iidem sacerdotes et magistratus, sicut nimirum sunt omnia iuris gentium l. 2. et § fin. [illegible] Atque posterius est falsum ut constat. Ergo et prius. 3a ratio. Unius inclusio est alterius exclusio l. 12. ff de iudiciis. Atqui ius privatum dicitur esse collectum ex natural. praeceptis, Gentium et civilibus, omisso publico iure. Ergo ius publicum excludit. Quarta ratio: Ius naturae est firmum et immutabile, cum id divina quadam providentia constitutum dicatur. § penult. Instit. de I. N. G. et Civ. At tale non est ius publicum, quia vetus illud ius publicum Romanorum, tempore Iustiniani, magna ex parte partim abrogatum, partim vero obsoletum erat Wesembecius d. loco. Ergo etc. Quinto. Quia constat, quod ius privatum ex iisd. praeceptis desumtum sit, atque itaque dicendum erit nullam esse differentiam inter ius publicum et privatum. aut statuendum ius publicum ex iisd. praeceptis desumtum non esse, At prius est absurdum. Ergo posterius erit verum. Dn. Tyrangus Faber vult, in disp. 1 § fin. ius publicum collectum quidem esse ex iure Gentium et civili, non ex iure nat., quoniam ius publicum consistit in sacris, sacerdotibus et magistratibus, quae inter bruta non existunt. Verum quis concedi possit Romanos multa Imperii arcana propria, multaque sacra ab aliis gentibus habuisse separata, ut constat ex Carolo Sigonio l. 1 de antiquo iure civium Romanorum. c. 18 minime tamen fallimur, si cum Glossa in § fin. Instit. S. t. Ioanne Glossographo in l. 1 § 2. in verbo tripertitum ff de Iust. Iure.

3a ratio quae coincidit cum tertia.

2da opinio quae ex duabus [illegible] iurium quibus [illegible] tium et civili, ius publicum constare [illegible] et sacr. [illegible] adscribitur

affirmativa sententia, qui ambo et subverbtur

Ratio

Et hoc argumentum refutatur ratione pro sententia negativa supra adductam.

Omnibus enim innatum est in animo quasi insculptum esse deos, quales sint varium est, esse nemo negat. Cic. l. 2 de nat. deorum

Claudio Ranid volic. legali, Hottomano Vultejo, Hænonio Geddeo in l. 6. n. 11 ff de V. S. et, Hernesto Cotsman l. i

Ob quod concludamus publicum ius ex praeceptis naturalibus Gentium et civilibus collectum esse hoc modo. Si sacrorum constitutio, magistratuum creatio, ius belli et legationum mittendarum fundamentum sunt in Iure Naturali Gentium et Civili, sequitur ex eorundem iurium praeceptis ius publicum collectum esse. Atqui verum est prius. Ergo et posterius. Minor probatur, quia religio erga Deum est iuris naturalis, nam omnibus innatum et in animo quasi sculptum esse Deum inquit Cic. 2 de natura Deorum. et nulla gens est, neque tam fera, quae non, etsi ignoret, qualem Deum habere deceat, habendum sciat. idem lib. 1 de legibus. Sic iuris Gentium sunt magistratus, bella, et legationes. l. 5 ff de I. et I. et l. fin. ff de legationibus. Ad primum itaque pro prima sententia adductum argumentum, respondere potest, quod multa sint principia iuris naturalis, quae peculiariter conveniunt humanae naturae et non bruto, ut est Decalogus, et quae ibi sunt implicita, quale est et Deum colere. Domin. Soto. de I. et I. l. 3. quaest. 1. art. 3. Nulla itaque connexio est in maiore propositione, quia prima iuris naturalis principia, ex quibus ortum est ius publicum brutis non competunt, quae cum in homine inveniantur, non absurdum est dicere ex illis publicum ius collectum esse. Bene respondet Cotsmanus d. loco, quem sequitur Stenonius illustrium quaest. disp. 1 θ 8. dictum iuris naturalis, quod ind. prin. Instit. de Iure N. G. et C. habetur, ad ius tantum privatum pertinere. Tertio, communiter hic respondent, ius naturale, non proprie cadere in bruta, sed improprie. Instantia argumenti propositione maiori, nulla est sequela; sin: ius quod dicitur publicum, collectum esset, ex Iure Gentium ratione formae, tunc sequeretur apud omnes gentes eadem esse debere sacra, eosdemque magistratus, qui sunt Romae, sed hoc non dicimus, verum illud tantum omnes saniores gentes habere sacra, sacerdotes et magistratus, quarum exemplo Romani, propria sibi constituerunt sacra. Ad tertium respondere potest unius inclusionem,

esse alterius exclusionem, quam recta reclamat ratio, ut hic fit. Quod autem Justinianus de solo privato iure affirmat, id eo collectum esse ex tribus istis fontibus id a proprea fecit, ut ius publicum excluderet, sed ut suo instituto inserviret, qui alterius tamen erat de iure privato. Ad quartum respondent hoc. licet Ethnicas istas idolomanias, quae natura monstratas, sed levitate ingeniorum et praestigiis diabolorum instinctas, una cum sacris et sacerdotibus abolitas, et iura magistratuum, quae veteres Icti in libris suis comprehenderant sublata esse concedant; mansisse tamen volunt in genere religionem et magistratus, et ex iure naturae colligere licet. Ad quintum argumentum respondeo, negando consequentiam, enim sequitur privatum et publicum ius ex iisdem praeceptis desumta sunt. Ergo nulla inter illa iura erit differentia, quia adhuc differunt, tam forma, quam materia. Publicum enim ius ex publicis, et quae privatis, privatum vero ex privatis et quae publicis praeceptis, naturalibus Gentium et civilibus desumtum est. Quid respondendum sit ad posteriorem opinionem, liquet ex iis quae dicta sunt ad argumentum primum. Non videtur quod confundere, ius Gentium, cum iure naturae, quod infra dicam, quod recte fit.

TITULUS II. De Jure Naturali, G. et Civ.

Thesis I.

Ostensum fuit in § fin. tit. praeced. ex quibus principiis et fontibus ius Romanum ortum sit, subiicietur recta principiorum istorum explicatio.

II. Hanc autem multi ex interpretibus petunt ex triplici hominis consideratione, ~~vel~~ vel ut animal, velut hominem, vel ut civem considerant. primo modo volunt hominem habere respectum ad ius naturale, secundo ad ius gentium, tertio ad ius civile.

III Jus autem naturale, ut et gentium, quod naturale vocant secundarium, ratione temporis dividunt, in primaevum, et secundarium, seu quidem in primarium, et secundarium. Jus naturale primaevum est, quod natura omnia animalia docuit, pr. instit. h. tit. Jus vero naturale secundarium, seu ius gentium primaevum quod ab initio creationis hominum animis, divina quadam vi

quis Icti νόμους φυσικούς appellant [illegible] brutis nulla sit ratio, [illegible] nec ullum [illegible] N. in [illegible] verum est ut verba aliquando [illegible] accipiantur in iure

NB. Quaeres occasionem respondendi Ictis [illegible] dedit. Sta aliquanto [illegible] centias locuti, nec [illegible] distinxerunt ius naturale affectibus naturalibus [illegible] servirent [illegible] num ingenii et popu[illegible] [illegible] explicare connexio

[illegible] triplici iter [illegible] considerantur vel [illegible] animal vel ut [illegible] vel ut civis

De iure naturali primaevo ita scribit [illegible] n. 2. et 4. Videntur Icti valde in hoc [illegible] vocabulo [illegible] [illegible] affectus et inclinat[illegible] naturales, quae [illegible]

in situm fuit, et competit solis hoib. atq[ue] iuris ratio. Jus gentiu[m] 2darium e[st], q[uod] usu et necessitatib. humanis exigentibus, p[er] d[...] sum mentis, gstitutum fuit & sed[...] q[uo]d civile 2. N nam usu exigente h. t.

IV. Verum d[...]na hoc mala e[st], ut dixi nup[er] publice de gsuetudine in ... Quare tutius e[st] ut unicum tm agnoscamus ius nale, et unicum ius gentium.

Ius e[st] vel { Nale q[uod] vel { Primarium q[uod] na[tura] oia aialia docuit. / Secundarium q[uod] rao gstituit } / Gentium q[uod] vel { Primarium q[uod] ... / Secundarium q[uod] usu et necessitatib. exigentib. p[er] d[...] mentis gstitutum e[st]. } / Civile }

gentes et nihil e[st] aliud q[uam] ius gentiu[m] primarium.

Ius nale, q[uod] nata gstituit, nihil aliud ee puto, q[uam] primo prima illa animis nris, diuinitus insita, et ab oib. hoib. approbata principia, qualia st, Deum ee colendum, honeste viuendum, alterum n[on] laedendum, suum cuiq[ue] tribuendum. Hi illa oia, q[uae] ex primis istis principiis, natura gsequentia exstruunt, exepli gra. principium e[st] nae, alterum n[on] ee laedendum, ex quo natio destruit, neminem cum alterius iniuria ee locupletandu[m] l. 14. ff de condictione indebiti. Sed principium nae e[st], ius suum cuiq[ue] ee tribuendum, ex quo seq[uitu]r patronis a libertis nali rae honorem deberi, l. 1. C. de in ius vocando. Sic principium nae e[st] q[uod] tibi fieri n[on] vis alteri ne feceris, ergo n[on] occides, n[on] furtum facies, n[on] adulterium committes, nolles n[on] occidi, neq[ue] tuis bonis expoliari, nec in tua uxore iniuriam pati.

VI. Haec summa illa lex e[st] q[uae] seculis oibus ante nata e[st], q[uam] scripta lex ulla, aut q[uam] omnino civitas gstituta, Cic. 1 de legib. q[uam] n[on] didicimus, accepimus, legimus: verum ex nata ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad q[uam] n[on] docti, sed facti, n[on] instituti, sed imbuti sumus. idem in oratione pro Milone.

VII. Hoc ius, cum hoi multa cum caeteris animantib. commune sit, ut tradit Lactant. l. 3 div. Instit. c. 5. bestiis quoque q[uae] referente Cic. 2 de finib. st specula nae, recte dr ee commune in pr. h. t. et l. 1 § 3. ff. de Just. & J. adeo ut infallibiliter colligere possimus, quaecunq[ue] hoies cum ratione faciunt ea si et bruta aialia faciant, natio ee iuris nalis. Cujac. in notis ...

ad

ad pr. I. t. Duarenus ad tit. ff. d. Iust. et I. c. s. et Claudius Sarud.
in Velegin pr. d. g. tit.

IIX. Competit a. bruti ius nat. e non ut hoia formaliter, q. a ratione
ex qua semp ius debet aestimari, cum a iustitia, q. habitus
animi bonus e, descendat, ut communit. Dd. volunt destitu-
unt. Verum materialit. tn, quo ad actus quosdam. Covarruv.
in capitulo peccatum, de reg. I. in 6. parte 2. relectione
§ 11. n. 4. q.m seqr Antonius Faber iurisprudentia Papinianea.
l. 1 t. 2. pr. 1. c. cui cernitr in ~~[illegible]~~ bestiis quoq. maris et femina
coniunctio, ~~verum~~ nuda. Quid loquar, inqt Cic. 2 de nat. deorum.
quanta ratio in bestiis, ad perpetuam conservationem earum generis
appareat. nam primum aliae mares, aliae feminae st, q. perpetui-
tatis causa machinata nat. e. Dn partes corporis et ad pro-
creandum et ad concipiendum aptissima. et in mare et in
femina, commiscendorum corporum, mirae libidines.

IX. Cernitr dn in iisd. procreatio, et educatio liberorum, in
bestiis, inqt. Cic, 3 d finib. vis nat. inspici pt, quarum in fetu
et in educatione laborem cum cernimus, ipsam nat. vocem
videmur audire. et tand. gnri animantium oi nat.
tributum e, ut se vitam corpusq. tueat, declinetq. ea
q. ei nocitura vident. Cic: 1 Offic. et idem 4. d. finib.
ait, ois nat. vult ee conservatrix sui, ut salva sit et in suo
gnre conservetr.

X Ut nobis ait Arrianus l. 1 c. 6. de Epicteti dissertatione
qbus tributa e, vis et facultas intelligendi satis illa o faciunt
nam nisi certo praescripto atq. ordine oia peragamus, haud
ad finem nobis destinatum perveniemus facultati n: uten-
di rebus adiuncta e intelligentia, huic si defuerit decorum,
ad finem suum aspirabit nunq.

XI Et tn de iure nat., quo olim hi, q in aureo saeculo vi-

tis

tis adhuc non contaminati vivebant, satis abundè contenti erant. propter varios autem diversorumq. ex hominum procedente pravitate, casus emergentes, in quibus quid ius praecipiat naturale contemplatione cerni non potuit, ob lapsum primorum parentum, factum deinde est, ut homines in argenteo et ferreo seculo, iura alia plane necessaria condiderint. Thomas de Aquin in 1. 2. qst. 5. art. 1 et Dominicus Soto l. 1 de J. et qst. 5. art. 2.

XII. Cum n: antiquissimo tempore ~~[illegible]~~ homines in certis sedibus fixi ~~fuiss~~ per agros atq. dispersi vagarentur tantumq. haberent, quantum manu ac viribus, per caedem ac vulnera, aut eripere, aut retinere potuissent, tandem propter iniquiorum vim, fraudem et metum, tutamenta maiora circumspicere compulsi st. Cic: in orat: pro Sextio et Lactant. l. 6 c. 10. Et hinc gentes ius sibi quoddam per ratiocinationem constituerunt. Si ius a. gentium Instit. h. t. quod postea Liv: l. 5. vocat Humanum ~~Romanum~~. Tacit. v. l. 19 ~~[illegible]~~ hominum.

XIII. Non tamen ~~oes~~ omnes unquam gentes ad hoc ius constituendum, unum in locum convenerunt, hoc n: supervacuum fuisset, cum ratio ipsa singulos seorsim homines illud per se satis docuerit. Dominicus Soto lib. 3 de iustit: qst: 1 art. 3. et l. 4 qst: 3. art. 1. minimeq. est gentes numero innumeras, regionibusq. immensum disiunctas possibile, sed quod successive gentibus visum est, id pro totius orbis decreto, et consilio reputatur. Albericus Gentilis lib. 1 de iure belli c. 1.

XIV. Gentes a. humanae, ius hoc ex principiis naturalibus per modum illationis, vel simpliciter naturae (quae n: ita inferuntur ad ius naturale pertinent) sed magis convenientis et congruentis, communi utilitati, et necessitati, collegerunt. Unde non male ita describi pt, quod nihil sit aliud, quam conclusiones, quas ex naturae principiis, communis et publicus, gentium humanarum consensus, communi utilitate suadente et necessitate exigente naturali collegit ratione, à quo et ortus et interitus illarum dependet Georg. Achatius Enenckelius l. 1 de privilegiis iuris civilis c. 8 n. 45.

Descriptio iuris gentium

Iuris gentium duo sunt capita, quae inter et res dividere [illegible] Myns. pag. 4. et 5. ius a gen. num. 2 et 3.

XV. Ex hi certa, principium naturae est, civilem societatem esse colendam et servandam, iuxta illud Cic: 3 de L. salus populi suprema

lex

lex esto. Ex hoc pr: gentes humanae duce ratione, multa introdu,,
xerunt 1o bella q. st de iuris d. & iure gentium h. e. o ex nata, sed
qa civilis societas, aliter servari neqt, q. si iniuriae malorum,
qbus affligitr, p bella reprimantr. Unde Cic. 1 Offic. scribit, susci,,
pienda bella ee, eam ob causam, ut sine iniuria in pace vi,,
vatr. 2 Captivitates. Intolerabile n: malum eet, si oes occi,,
derentr captivi. Nam aeq bonisq nata iubet, ut captivis par,,
catr. Senec. lib. 1 de element. et Caesarem Lucanum vocat unica
belli pmia, victis donare salutem. 3. servitutes sin: victor
hostibus victis, eripere potest vitam, multo magis ei licebit, ho,,
stes in servitutem redigere.

Item inqt l. 3 offic. Bella tum demum iuste geruntur si ... aliud q. pax qsita videatr.

XVI Quarto dominiorum distinctionem, qa materia com,,
munionis, excitare solet immensas contentiones l. 26 ff de
servitutibus urb: pdiorum et l. 1 ff 20 ff de legatis 2. et rerum
propriarum maximam curam homines hnt, in communib.
v. segniores st. l. 2. C. quomo et qbus quarta pars debetr.
Arls 2. polit. c. 3. ideoqz melius actum ee cum societate hu,,
mana si possessiones dividerentr, gentes collegerunt,
ne quod facile fieri poet, a pp desidiam, aut propter
fructuum penuriam Respub. everteretr.

XVII Quinto ex eodem principio, o simpliciter ex nate, sed
gentium ratiocinatione, introducti st fere oes contus, ad
conservandam humani generis societatem, q. sine re,,
rum communione, et officiorum mutatione subsistere
neqt. Arls 5. Ethic. Si n: inqt, homines ... Italicarnas.
l. 5. e vita tollerentr contus et commercia, succederet
inhumanitas, et rerum sine qbus o commode vivi tur
penuria

XVIII Ex his q dicta st apparet, multum differre ius gentium
a iure nali, primum n: ius nate nobis e innatum, gen,,
tium v. ius a gentibus excogitatum. 2 gentium ius solis
hominib. competit, nale v. oibus aialib. commune e.
3 Ius nate simpliciter e narium, o qita videatr a.o

Differentiae inter iuris nalis et gentium assignantur.

videatr

videat, h. e. q dependeat ex humano q sensu, cum ab ipsa
nrā latum sit, gentium v. qa sic ōibus videt, aut ab
omnibus sic iudicatr. Arls 5 Ethic. c. 7. Nunqn: possessi,
ones suissent distributae, nisi gentes in illam distributionem
consensissent, ut illi illor, alii v. alios possiderent. Domimc.
Soto de Iet I. l. q. qst. 1 art. 3. Quarto ius nrāe firmum
atq immutabile ē, mxme v. raōe gradium superiorem,
cum sit divina qadam providentia qstitutum. § sed
nali penult. Instit. d. I. Gentium v. ius variantibus re,
rum circumstantiis, mutari pt, qa utilitati civitatis servit
cum discursu suo mutabili l. 1 ff de contrahenda emptione.

XIX. Et tm de gentium ~~more~~ iure, quoniam hōium moribus ci,
vium q querelis, ōibus ac singulis, hac in corrupta nrā
gentium ius mederi ō potuit. Inventum quoq tandem fuit,
ius q dr civile, ut q medicamenta morbis, hoc negotiis
exhiberet N. 111 in pr. et qa hoc ius semp aliqd amplius in,
venit, q ō ē receptum in iure nrāe, et iure gentium, ō male
definiri poterit, q qiq populus pp iura naturalia, et gentium
sibi qstituit, a quo et ortus et in territus pendet illius
iuris § 1 h. t. et l. 9 ff de I et I.

Ius civile ē, q neq in totum a nali iure vel gentium recedit, neq p ōia ei servit, itaq cum aliqd addimus vel detrahimus iuri communi, ius ppm, id ē civile efficimus. Ulpianus in l. ius civile ff de I et I.

XX. Collectum ē partim ex nrā, partim v. ex humano iudicio, ō
mero, sed longa ab experientia et prudentia informato,
ideoq ō p viam illatōnis et iuris gentium sed p determi,
nāoem generalis principii, ad specialem legem, exēi caā,
ōis malus puniendus, ergo fur puniendus ē suspendio,
a. triplo, uel quadruplo: adulter et homicida gladio.
Habet ppositō fundamentū h. e. in nrā, alia v. in humana
existimaōe. Dominic: Soto l. 1 de Iet I qst. 5. art. 3. et l. 3.
qst. art. 1.

In his verbis Ulpianus docet Mynsing. n. 12. ius civile nihil aliud ē determinaōem iuris nali. h. q recedat in toto a iure nali, ō deter minat, sed magis affirmat aliqd incognitum [illegible] ut Arls ait, nullam causam in nra hī. Ergo ō lex sed [illegible] et [illegible] censenda. Principib. 5 q. 1 [illegible] a. 3.

XXI. Iuris civilis in specie ita definiri Quirites duas faciebant
partes scriptum et ō scriptū § qstat a. 7. h. t. petitas ab in,
stitutis Lacedemoniorum et Atheniensiū, sed ō ineleganter io.

§. I. Apud hos scriptura, discrimen constituebat in ius scriptum et non scri-
ptum, non quidem essentiale, quia leges Laconicae ab initio expressum
Spartanorum consensum, quod de singulis legibus, rogati erant habe-
bant, et tandem et confectio de ipso Lycurgo ad consulendum oracu-
lum de suis legibus reges, senatores, et reliqui dd. cives se omni
ex parte usuros constanter Reipub. forma ita constituta, iurabant.
Plutarchus in Lycurgo. Verum accidentale tamen.

Divisio iuris in scriptum et non scriptum est accidentalis.

XXII. Praedicabant enim Lacedaemonii quibus leges erant paucissimae,
ea quae ad felicitatem civitatis et virtutem omnium morum affe-
rent momentum, ita demum permanere immota si moribus et
educatione civium implantarent. Nam firmam voluntatem
ex his elementis oriri, quae necessitatis est validissimum vinculum.
Eam porro disciplinam, quae legum conditoris vicem gerit, apud iu-
niores effici. Plutarchus d. loco. Similiter modo legimus apud Caesarem
l. 6 de bello Gallico Druidas leges et disciplinas suas
literis mandare, nefas existimasse, quod duabus de causis
instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri
velint, neque eos qui discunt, literis confisos, minus memoriae stu-
dere, quod fere plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam
in perdiscendo, ac memoriam remittant.

Druidis nefas erat leges vel quam disciplinas literis mandare. propterea ne disciplina profanaretur, in vulgus efferantur. ne hi qui discunt literis confisi, memoriae studeant.

XXIII. Atheniensis v. et caeteri pene graeci omnes quae facienda erant, vel
non legibus praecipiebant. d. 5 et non ineleganter 10. quia eas non ita
paucas, ut Lacedaemonii, neque etiam ea brevitate conscriptas
habebant, adeo ut in iocum tandem abierit, illos plus scri-
ptitandis, quam observandis legibus animum intendere. et
Eusebius scribit. Athenienses re atque opera ad consuetu-
dinem bene vivendi, reducere leges neglexisse.

XXIV. Haec ergo iuris Romani adscititia distributio acciden-
talis, inde constat a 3. proponitur, non vero altera illa essentialis,
quae a iure civili inventa est, et consistit in expressa sanctione
iuris scripti, et tacita populi approbatione iuris non scripti, ut
male existimant Hermannus Vultejus, in d. constat. n. 3. Osvaldus
Hilliger in notis Donelli enucleati. l. 1 c. 8. litera b.

XXV. Ex quibus et alter error Vultej dicto loco deprehenditur, dum putat,

Fe

Justinianum, iuris Romani distributionem in scriptu et non scriptu(m) male exponere, quod ius Romanum petitum sit à Lacedaemoniis et Atheniensibus, in praecedentibus n. dictum fuit originem huius distinctionis, quo ad accidentale tamen discrimen quod in scriptura consistit, ab institutis illarum civitatum fluxisse, id est, ratione nominis tantum, non vero ratione rei. Essentia n. iuris scripti et non scripti, apud Lacedaemonios et Athenienses consistebat in expresso consensu, quod in iure nostro Romano, iuri tantum scripto attribuitur. Tacitus vero non scripto l. de quibus 32. §1 ff de legibus

Expressus consensus est essentia iuris civilis scripti, tacitus vero non scripti

XXVI Quoniam autem ius scriptum, iure non scripto, aut propter antiquitate est nobilius, ut placet Decius in Rubrica de constitutionibus columna 1, quem sequitur ibidem Rochus Cateschia, collatione 4 vel aliam rationem, aut propter expressum consensum certius, Martinus Vranius in Lecturis ad Rubricam d. tit. de constitutionibus n. 2. aut quia primas obtinet, cum ius non scriptum in scripti iuris defectum admittatur. d. l. de quibus 32. in principio merito et primo loco, de illo videndum erit.

Ius scriptum praestantius iure non scripto vel quia sit antiquius, vel propter expressum consensum

XXVII Et principio quod ius civile scriptum accipitur proprie et improprie. Proprie dicitur constitutio expresso consensu facta ab eo penes quem illa potestas est, arg. l. 1. 2. et 3. ff de legib. quae fit vel solo consensu, vel necessitate. l. ergo 40. ff de legibus. Consensus autem est vel totius populi vel partis, ille constituit legem hic vero plebiscitum.

Iuris civilis acceptiones et significationes diversae

Improprie acceptum explicatur infra in § 63

XXIIX. Lex nomen est non a legendo, ut publice lecta in omnium veniat notitiam, ut vult Isidorus. l. 5. orig. c. 3. haec n. nominis notatio, non convenit omni legi, ut patet ex legum Lacedaemoniorum, Romuli et Numae, de quibus ait Dionysius Halicarnasseus. l. 1 c. 4. sed a. secundum Thomam, in 1. 2ae qst. 90. art. 1 et communem scholam Theologorum à ligando, quod obliget ad agendum. a. denique secundum Cic. 1 de legib. Domin. Soto. de Iust. l. 1. q. 1 art. 1. et Antonium Augustinum l. de legib. c. 1. à legendo, hoc est deligendo,

Legis derivationes

q in lege sit delectus rerum agendarum.

XXIX. Sumitur a. latissime, late et stricte. Latissime comprehendit ea omnia quae sunt divini et humani iuris. l. 1 et 2 ff de legib. et l. 24. ff. de statu hominum. Late iuri non scripto opponitur. l. prospexit § 1. ff qui et a quib. manumissi, et d. § constat a. 3. Stricte quod distinguitur, a ceteris partib. iuris scripti. § lex est 4. d. n. tit.

Et hoc posteriori modo definitur constitutio totius populi senatorio magistratu interrogante, veluti consule. d. §. lex est 4. Dico legem esse constitutionem, quia quod vi: constituitur constitutio dicitur. Constituere a. est non dicere a. affirmare quod vis sed re deliberata, et consulta statuere ut quod fiat. Et hoc verbum a. commune est et omni competit iuri, a. constituit ad unam aliquam iuris speciem, per antonomasiam, ob excellentiam constituentis, ut quoniam quod principi placuit dicitur constitutio in specie. § sed et quod 6. d. t. Donel. l. 2 com: c. 5. in pr.

XXX. Reliquorum verborum in legis definitione positorum, dependet ab antiquo legum rogandarum ap. Romanos more, quem breviter subiiciam. Post reges exactos in statu populari, olim iis a magistratib. qui cum populo agere poterant, ferebantur leges ut sunt consules (quod verbum in d. § lex est. extra causam ponitur ut constat ex partitione: veluti) praetor, dictator, interrex, his n: potestas fuit rogandi quod populum, qui ut Gellius. l. 18 Noct. Attic. c. 14 inquit, suffragiis suis a. iubeat, a. vetet Livius. l. 22. Sigon. l. 4. Paulus Manutius l. de legib. antiquitatis Romanorum p. 810. Antonius Augustinus d. loco c. 7 et Perionius l. 3. de magistratibus Romanorum et Graecorum.

XXXI Ex his a. magistratibus legem laturus, primum concipiebat eam domi, et cum peritis experientia et prudentia praeditis de ea consultabat, ne quid contra populi rem a. voluntatem sanciret, et ne forte pugnantia capita, simul ferret. Paulus Manut. d. loco p. 814. et Joannes Rosinus. l. 8 antiqt. Rom. c. 2. tum quoniam ad populum, spreto patrum consilio lex non ferebatur. Appianus de bello civili. l. 1 et Cic. 1 Philip.

leg.

legislator bene de rep. sentiens, senatum adibat, et rogatus sua sententiam coram exponebat, ut quo plus ponderis maioremque vim lex haberet, de senatus eam sententia ferret Rosinus et Manutius d. loc.

XXXII Postquam hoc factum erat, lex promulgabatur, h. e. in publico ponebatur. Est n. teste Festo promulgari, q. provulgari et in publicum edi, ut quo citius, eo et melius, eam cognitam q vellet, futuris comitiis, vel comprobaret, vel antiquaret, et ut quis et legislatorem monere posset, vel de corrigenda, vel omnino de non ferenda lege. Promulgationi a. huic spatium erat deputatum, trinundinum, hoc e. trium nundinarum, ut legi et posset ab illis, q nundinandi causa in urbem, e rusticis tribubus ac municipiis venirent, ut constat ex Cic. 13 de legib. Quintiliano l. 2. Instit. et Macrobio l. 1 saturnal. c. 16 ubi ita ait, Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo q.d. diebus in agris, rustici opus facerent, q a. die, intermissis rure, ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, et ut scita atque consulta frequentiore populo referentur, q trinundino die proposita, a singulis atque universis facile noscebantur. Unde et mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur.

Promulgari q. provulgari.

XXXIII Tertiis nundinis et finitis, magistratus q legem promulgarat, populo prius a. in forum, ubi saepius ferebant leges, a. in campum Martium ubi rarius, convocato, eid. cum legem pcō, cui sua a scriba ut sit subiiciebant, recitasset, ut rogationem accipet, de rostris, suggesto, a. editiore aliquo loco, quo longius a stantibus in concione exaudiri vox, tum illi qui suba possent, primum suadebat, q mox conabant dn privati, et tandem et magistratus, pro pro suo quisque sensu, q vel suadebant, vel dissuadebant legem futuram. Antonius Augustinus d. libro c. 11 et 12. et Paulus Manutius p. 319 et p. 323.

XXXIV His ita pactis, quasdam sordibus narium, q Ciceroni 1 de nat. deorum vocati, sitella, Virgilio v. urna, psentib.

a

sacerdotib. deferebat, in q sive tribuum, si tributis comitiis
lex ferret, sive centuriarum, si centuriatis, (qd a. sint
comitia ista, tractat Perionius d. lo. et Joannes Rosinus
l. 6. Antiqt.) gijciebant nomina, sordibusq aequatis
sortitio fiebat, et ut qq tribus, vel centuria primo, 2do
vel 3o loco de sitella exiisset, ita eund. quoq locum
tenebat, in suffragio ferendo. Sortitione finita iubebat
unumquemq iis, q legem ferebat, de concione in suam tribum.
ad suffragia ferenda discedere, hisce verbis, Si vobis
videtur, discedite Quirites. Cic. 3 de legib. et Livius l. 2.

XXXV Quo facto, primo loco ea tribus, eave centuria, q primu
de sitella p sortem exierat, transibat p pontem, cui cistae
cum suffragiorum tabellis, quo tutius custodirentur impo,
sitae erant, et in pontis capite cuilibet, ex ea tribu seu
centuria, duae tabellae seu schedulae, ex illis cistis, diribebant,
seu distribuebant, quarum una signata erat, literis duab.
V. R. hoc e, uti rogas. Alia v. unica. A, q significa,
bat Antiquo, hoc e, nihil novari volo, seu antiqua pro,
bo, illis lex nova admittebatur, hac v. reiiciebatur.

XXXVI Alteram a. ex tabellis acceptis, q vellet, in extrema eiusd.
pontis parte, cui aliae iterum erant cistae impositae, qlibet
reddere cogebatur. Ex quarum deinceps congruentium tabel,
larum numero, q vel antiquabatur, vel sciscebatur lex.
Antonius August. c. 14 et Paul. Manutius p. 330. cum
sequentib. Lex ita scita et accepta ab omnibus civibus
iure iurando confirmabatur, et iuramento confirmata, ta,
bulis aeneis et columnis incidebatur, memoriae causa l. 2.
C. de frumento Urbis Constantinopolitanae. Cic. Phil. 1. et 3.
Liv. lib. 3. Antonius August. c. 15: et c. 16.

XXXVII Dn consensus populi non totius, sed partis iura qdam sibi
constituebat, q absoluam 4. rebus. Primo determinatione
partis. 2o. determinatione nominis. 3o Originis. et 4 effecti
iurium istorum. Et primo qd. tenendum e, olim exactis
Roma, ob superbiam regibus, populum Romanum constituisse

2. iuris scripti species e plebiscitum

trib.

Respub. Romana tres ordines habuit

tribus ordinib. senatorio, eqstri et plebeio. Unde illud Ausonii.

Martia Roma triplex, eqtatu, plebe, Senatu.

XXXIIX. Senatores erant, q primum a regib. ob qaris amplitudi,, nem, prudentiam, et claritatem vitæ, à Consulib. dein post à Censorib. in Senatum essent lecti, sive patritii, sive eqtes, sive plebei essent. Liv. l. i Halicarnass. l. 2. Rosinus. l. 2 Antiqt. Rom. c. 5. et Joannes Sarius Zamoscius lib. de Senatu Romano. Dicebantr a senio seu senectute, Eutropius l. i et Florus, in pr: suæ Histor. In eqstri v. ordine, cernebantr eqtes, qbus publicus equus et annulus à Censorib. datus, qq ab iis in eqstrem ordi,, nem lecti erant. Joannes Rosinus. l. 2 Antiqt. c. 17. Tan,, dem plebei ordinis erant, oēs ii q neq senatores, neq eqtes erant. § plebiscitum s. I. t. et l. plebs ē 238 ff de V. S. Gellius l. 10 Noctium Attic. c. 20.

XXXIX Populi itaq vocabulum tres hosce ordines subse com,, prendebat, ō q eēt genus, et ordines isti tres species nunq n: hoc in mentem venit Imp atori, ut falsò à qbusdā hoc asserit, alias posita una, ex his tribus specie, poneret simul totus populus Romanus, q quanta labore et absurditate, oībus notum ē. Sed q populi nomen tanq latius qd patens, ut genus, pp suam latitudinem, illos tres ordines, ~~seu~~ ceu angustiores, quales st species includat argto. legis inter donum 194 et ibi Alciatus no r. ff de V. S. et Franciscus Balduinus in d. § plebiscitum I. n. tit. Quæcunq g. q in tertio ordine qsistebant, iura qstitu,, ebant, ea a plebe et sciscere vocabant plebiscita. Sci,, scere n: idum Festum ē dicere sententiam et suffra,, gium ferre.

·XL Hæc plebiscita, pp impiosam patrum arrogantiam, fœne,, tium caussam diuitum fœneratorum, q multis et gra,, vibus iniuriis plebem, æris alieni caā pmebant, aliis

quoni

quorum modicae fuissent facultates, plane omnibus spolia,,
tis, per oppignorationes et venditiones, aliis propter paupertatem
tem abducti et in vincula conditi coeperunt, cum n:
Sane senatus conniventiam plebs aliquoties de ea, sed
frustra apud Senatum questa amplius ferre non posset, coiti,,
one facta subito anno urbis conditae 260 ab urbe se,,
cessit, et iuxta ripam fluminis Anienis, in collem qui
sacer appellatur, armata gladiis. l. 2. § deinde cum esset 8.
et § iisd. temporib. 20 ff de orig. iuris. Plutarchus in
Coriolano Valerius Max: l. 8 c. 9. et Florus. l. 1 c. 23. Et
haec prima fuit plebis secessio, quae non solum deformem, et mi,,
serum reddebat statum Reipub. verum et terrorem
ingentem senatui incutiebat, ne forsan urbs, omni militum
robore, per secessionem plebis exhausta, per subitam vim
belli expugnaretur. Quapropter mittebat ad plebem re,,
vocandam, inter alios Oratores Menenium Agrippam,
qui egregia habita oratione, de conspiratione membrorum contra ven,,
trem, patrib. plebem reconciliavit ut videre est apud Plu,,
tarchum d. lo:

Prima plebis secessio.

XXI Hac secessione plebs a senatu impetravit, ut duo tribu,,
ni plebis crearentur, dicti, quod olim in tres partes populus
divisus erat, et ex singulis singuli, vel quia tribuum suf,,
fragio creabantur, d. l. 2. § iisd. temporib. 20 ff de orig. iuris
qui deinde ut quinque fierent. Plutarchus in Coriolano. p. 398 et
alios tres elegerunt. Cuiac. in d. l. 2. § iisd. temporibus 20
postea a. tribuni plebis creabantur, ut indigentibus auxilio
essent, et plebem adversus divitum, potentiorumque iniurias,
defenderent, et haec prima erat plebis secessio.

XXII. Sed cum in tyrannos Decemviri, degenerarent.
Tribunitia potestas desiit in usu esse, quapropter 2da
vice

2da plebis secessio

vice in montem Aventinum plebs se contulit Ao urbis conditae 305 l. 2. § et cum placuisset 24. ff de Orig. Juris Revocata a. e anno 306 a Lucio Valerio Potito et Marco Horatio Barbato, primis post Decemviros consulibus, q omnium primum, cum veluti in controverso iure eet, degenerentne patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, ut q tributim plebs iussisset, populum teneret, qua lege tribunitiis rogationibus telum acerrimum datum e, ait Livius. l. 3. et hac lex vocabatur Horatia. Qua licet fuerit renovata anno urbis conditae 414 a Quincto Publilio Philone dictatore, a quo et Publilia, post renovationem dicebatur ut constat ex l. 8 Livii. Catalogo Cassii legum Antiquarum et libro de legib. Antonii Augustini, iterum tn in contentionem venit, adeo ut tertia vice plebs anno. U.C. 467 secesserit in Ianiculum (qd a. fuerit Ianiculum, tradit Joannes Rosinus l. 1 Antiq. Rom. c11) In cuius esculeto Q. Hortensius. dict. veterem legem Horatiam seu Publiliam, nunc v. a Legislatore novo Hortensiam dictam tulit seu repetiit, ut q plebs iussisset, oes Quirites tenerent, hacq lege Plebem urbi restituit d. l. 2 § dn 8 ff de Orig. Juris, et § plebiscitum Ins. sed et plebiscita I. t. Gellius l. 15. noct. Attic. c. 27. Antonius Augustinus libro de legib. in lege Horatia et Hortensia.

Tertia plebs secessio

XLIII Quodcumq q plebs Tribuno Magistratu Plebejo (cere n: fuit Magistratus. teste Mureto in d. l. 2 § isd. temporib. 20. ff de Orig. J. qvis Plutarchq in problematibus, problemate 81 dissentiat) interrogante seu ro,

gante

rogante. (tale forsan formula: de his rebus q[uo]d fieri
velitis, vos rogo Quirites. Livius l. 26.) q[uo]d constituebat
plebiscitum appellabatur, q[ui]a n[on] proprie lex erat. Gellius l. 15
Noct. Attic. c. 27 Antonius Faber in Jurisprudentia Pa-
pinianea. l. 1 t. 2 pr. 1 illatione 3. Q[uan]doq[ue] itaq[ue] plebiscita
leges vocantur, ut puta lex Aquilia l. 1 § 1 ff ad legem Aquiliam
et Novell. de triente et semisse 18 capitulo studium 8
fit id improprie et propterea, q[ui]a Plebiscita, eandem vim ha-
bent, qualem leges d. § plebiscitum vers. sed et plebiscita J. t.
sed, q[ui]a hoc fit, quatenus lex sumitur in genere, n[on] v[ero] in
specie.

XLIV Et hoc plebiscitum ratione temporis diversimode obligabat.
principio n: ante rogationem legis Horatiae. Publi-
liae et Hortensiae, ad populum universum obligandum
nullam habebat vim, sed plebem t[ame]n obstringebat. Po-
stea v[ero] consensu populi legibus istis latis plebiscita, eand.
potestatem, qualem leges habent, adeo ut modo constituendi
t[ame]n discrepent, acceperunt, h[oc] e[st] obligarunt universum po-
pulum ut leges. Hunc posteriorem plebiscitorum effe-
ctum Antonius Goveanus l. 1 lectionum variarum c. 22.
et Conanus 1 coment. J. Civ. c. 13 n. 6 male soli le-
gi Horatiae ascribunt, ob quam et causam ausu fere satis
temerario, in d. § plebiscitum versiculo, sed et plebi-
scita J. t. et in d. l. 2 § d[ei]n 8 ff de orig. Juris pro voce
Hortensia, contra omnium exemplariorum fidem reponunt
vocem HORATIA. Nam ex superioribus manifestum
est triplicem plebis fuisse secessionem, et in 2da la-
tam esse legem tam Horatiam, q[uam] Publiliam. Quo-
niam a[utem] tam de Horatia, q[uam] Publilia, postea inter

patres et plebem disceptabat, ut indicat tertia a ple-
be facta secessio, opus iterum erat, nova q̄dam lege
q̄ plebem patrib. reconciliaret, q̄ o̅e. c̄stitit tand.
lex Hortensia, cui merito, ceu posteriori (q̄cunq; n.
parte postremo populus iussit, id ius ratumq; esto.
Liv. l. 7.) Justinianus adscribit, plebiscita o̅mi-
nus valere cepisse q̄ leges.

Plebis[?] tres species iuris scripti

XLV Jus necessitate c̄stitutum triplex ē, 1° Senatusconsultum
2. Constitutio principis et tertio responsa prudentum
Quod dixi Senatus consultu, necessitate ee introductu,
id defendit Cuiacius in recitationib. ad l. 2 ff d. Test.
et l. 14 observaonum. 16. Antonius Faber, in Jurispru-
dentia Papinianea tit. 1. illatione 3. - 5. n. 6. et in
rationalibus. ad l. ergo 40 ff de legib. et pbat p
legem 2dam §§ dn qa difficile 9. ff de orig. J. et §§ se-
natusconsultum s. Instit. J. t. ob q̄ eandem senatuscon-
sultum dr sine lege introductum d. l. 2. § ita in civitate
12. ff de orig. J. cum necessitas legem ō hat, arg. tol. 1
§ 1 et ibi Gloss. ff de offo Consulis.

XLVI Dra. Senatusconsultum, q̄ Senatus censuit. h. ē. iussit
atq; c̄stituit d. § Senatusconsultu s. l. item veniunt §§
pt. hac 6. ff de hereditatis petitione et l. Senatus 15.
ff de iure fisci. Est n. Senatus censere, ut populi iu-
bere et plebis sciscere. Alciatus in l. censeri 111 ff de
V. S. Quoniam v. ō c̄stat ex d. definitione q̄d fuerit
Senatus, et quomō censuerit, quapp paucis illud declarabo.
Senatorem a. definit Joannes Sarius Zamoscius l. 1
de Senatu Romano civem Romanum p legitimā

Officia trium ordinum in Rep. Romana

Senatoris dfo

magistratus eius lectionem, cui munus istud incumbebat in summo ordine constitutum. Hinc consider. ratione lectionis et officii. In lectione quaeritur 1° quae personae habuerint legendi potestatem. 2° quod lecti fuerint Senatores et 3° quibus modis.

XLVII Potestas legendi Senatores fuit, vel penes reges ut Romulum q. centum de praestantissimis civium elegisse, ut Senatores essent, iisq. patriciorum, collegio v. toti Senatus nomen imposuisse, legitur ap. Plutarch. in Romulo. Cui non contradicit Pomponius in d. l. 2. §§ dein de Orig. I. ut nec Justinianus in d. §§ senatusconsultum h. t. dum uterque ait, necessitatem Reip. curam ad Senatum deduxisse, quod difficile esset populum in unum convocari legis sanciendae causa in tanta hominum turba: non n. Senatus originem, quam ut dictum est a Romulo accepit illis verbis a. negare a. indicare voluit, sed ostendere tamen eo tempore quo populus difficile propter multitudinem coepit convenire, post reges exactos iterum itum esse ad Senatum. Quare fallitur Claudius Hanod in velit. legali ad §§ senatusconsultum s. Sq. tit. n. 2. cum hipsamio Institutis hic, cum Imperatorem nostrum cum I Cto Pomponio falsam Senatusconsultis assignasse causam scribit

XLVIII Numerus Senatorum primum fuit centenarius postea mutatus, de quo tractat Carolus Sigonius l. 2 de Antiquo iure Civium Romanorum c. 2. Zamoscius d. l. 1 et Rosinus. l. 7 Antiqt. Rom. c. 5. In modo legendi spectabant famam, genus, ordinem, aetatem, magistratum, censum et quaestum, de quibus vide Valentinum Forsterum l. 2 hist. Juris Civ. c. 83. et Zamos

mor

moscium d. libro 1.

XLIX *Officium Senatoris consultatio de Rep.*

Officium Senatoris praecipuum erat de repub. cum ma-
gistratibus consultatio, Quae fiebat in Senatu et extra Se-
natum. Senatus a. est senatorum, et eorum qui ius sen-
tentiae dicendae sunt, conventus, coactus ab eo, cuius potestati hoc
commissum erat, ad consilium capiendum de repub. more
et instituto maiorum. Zamoscius. l. 1 in pr. Hunc consi-
dero, quatenus est convocandus, vel convocatus. In convocan-
do Senatu duo attendenda. 1° quam possint Senatum
convocare. 2° quomodo recte. Habebant a. potestatem convo-
candi Senatum ordinarie, post exactos reges Dictator
Consules, Praetores, Tribuni plebis. Interrex et Praefectus
Urbi. Liv. l. 4 et l. 22. Gellius l. 14 Noct. Attic. c. 7.
et Conanus l. 1 com. J.C. c. 14 n. 1.

L. Recte convocat quod pendet, 1° quam possint convocari
2° quot. 3° quomodo. 4° sub qua poena. 5° quo loco
et 6 quo tempore. Convocabantur a. primo Sena-
tores ad dicendam sententiam et Sexagenarii et
Magistratus ad Quaestorem usque ut probat Joannes
Sarius Zamoscius. d. libro 2. quod omnes poterant in Sena-
tum venire et olim quidem cum filiis suis praetextatis.
h. e. iis qui praetexta adhuc et pulla utebantur, quod fiebat
ad annum usque 17, quo tempore togam virilem
sumebant. (Quid a. fuerit praetexta et toga virilis tra-
dit Lazarus Bayfius in com. de festum generib. c. 10)
quo celerius Reip. assuescerent. Suet. in Augusto.
Postea v. ob matris Papyrii praetextati, aliarumque mu-
lierum intemperiem Senatusconsulto, prohibitum fuit

ne

ne complures pueri cum patribus suis in curiam introirent, praeter illum unum Papyrium.

LI Sed in rebus momentosis, ac ad extrema pertinentib. Senatores non minus centum Senatusconsultum facere poterant Liv. l. 9 Zamoscius d. l. 2 et Budaeus ad l. fin. ff de Senatorib. Praeterea vocabant vel per praeconem, vel per edictum. Illo autem modo Senatus convocatus, dicebatur indictus quod ob negotia, incidentia repente indicebatur: Hoc vero modo legitimus, quod bis vel ter ad summum singulis habebatur mensibus et diebus statutis et in hunc plerumque et non dum vocati Senatores veniebant Conanus et Budaeus d. loco

LII Postquam vocati plane non conveniebant aut tardius, mulctabantur pignoribus prius captis Liv. l. 3. et Cic. Philip. 1a nisi tamen se excusaverint. Legitima autem absentiae causa consistebat in aetate, iudicii occupatione, funere et morbo, de quibus omnibus agit Zamoscius d. libro 2. Locus erat Senatus habendi, non privatus, neque quilibet publicus sed templa tamen, ut sunt curia Hostilia, Pompeia. Iulia. Tempus tandem legitimum erant Calendae, Nonae, et Idus singulorum mensium excepto Februario, qui totus legationib. audiendis destinatus erat, non vero dies comitiales, hoc est, quibus comitia haberent. Zamoscius d. libro 2.

LIII Postquam autem Senatus convocatus erat, tunc is qui Senatum habebat, primum hostiam immolabat, et relationibus, rogationibusque ordine et more factis, sententias dicebant, quibus auditis et omnium enumeratis, ex authoritate et suffragio maioris partis senatorum, qui consulti ita censebant S. Consultum

fie

Per praeconem convo[...] alius Senatus di[...] ebatur edictus [...] per edictum v. legi[...] timus

fiebat, q[uo]d d[icitu]r iussu magistratus, in senatu recitabant, et
perscriptum ad aedem Cereris uel aerarium deferrebat
Conan. d. ton. 6 et Joannes Sarius Zamoscius d. lib. 2.

LIV. Quodcunq[ue] q[uae] ius ad o[mn]es p[er]tinens, hoc modo a Senatu c[on]sti-
tuebatur id erat S. Consultum, et pro lege, n[on] q[uod] simpliciter
Senatus, sed q[uod] vice populi censuerit, sine lege t[ame]n, ob suf-
ficientem populi c[on]sensum, per tot secula Senatus consultorum
autoritatem tacite approbantis observabatur, arg. l. 9 § fin.
ff de fideiussorib. tutorum. l. saepe 63 § scientibus ff de re
iudicata. et l. fideiussor 26 § pater 1 ff de pignoribus. non eo
t[ame]n tempore, quo adhuc florebat Respub. Romana, verum
et post translatam p[er] legem regiam a populo in principem
o[mn]em potestatem, cum n[on] ambigatur, post legem et illam
latam Senatum ius facere posse, l. n[on] ambigitur 9 ff de legib.
ut ex Senatusconsultis Velleiano, Trebelliano, Silaniano,
Pegasiano et aliis, q[uae] sub Imperatorib. facta sunt sufficienter c[on]stat
Mureto in d. l. n[on] ambigitur 9 et Brissonius l. 1 Antiqt. Select. c. 16
Et tantum de Senatusconsultis.

LV. Quidem a. c[on]stituendi iuris via, ad pauciores Senatum v[idelic]et rebus
ita dictantibus a popopulo tacite transiit. Sic p[er] partes, hoc e[st]
p[er] vices paulatim, sive pedetentim evenit, ut necesse e[ss]et Remp.
p[er] unum consuli. Nam senatus n[on] p[ro]inde o[mn]es provincias, probe
regere poterant l. 2. § novissime 11 et ibid. Cuiacius in reditione
ff. d. tit. Quapropter reverso ad monarchiam imperio, et c[on]stituto
principe datum e[st] et ius, a populo lege regia lata, ut q[uod] c[on]sti-
tuisset ratum e[ss]et. § sed et q[uod] 6 I. t.

Constitutio principis duplex

LVI. Constituit a. princeps ius, uel singulare seu quidem p[er]sonale,
uel generale. Ius singulare e[st], q[uod] c[on]tra tenorem ra[ti]onis, h[oc] e[st] seriem
et ordinem verborum, id cum legis p[er]scriptum, q[uod] strictum ius di-
cimus, p[ro]pter aliq[uam] utilitatem auctoritate c[on]stituentium intro-
ductum e[st] l. ius singulare 16 ff de legib. et ibid Corass. n. 2
Et d[icitu]r privilegium, q[uas]i a q[ue] nos singula vocamus, veteres

pri

privata vocabant Gell. l. 10 XI. Attic. c. 20 seu q. privans legem Jason. in l. fin. n. 12. ff de constitutionib. principum. Ad quos non incommode quoque referri pt. interlocutio principis, q fit qn princeps de plano, h. e. sine strepitu et figura iudicii, q. in aliud agendum et loqndum, aliqd constituat, q principale qd. negotium n dirimit, sed vnihil obiter ad eam ptinens decernit. l. qd ergo 13. § quantum 7. ff de his q notant infamia et l. 1 § 1 ff de constit. princip. et ibidem Corasius n. 24.

LVII Jus a. generale e, q oes tenet d. ss sed et qb. in fine hgt. concipi, turq uel definite uel indefinite. Definite conceptum dr decretum et rescriptum. Decretum principis, sententia inter duas partes lata cum cae cognitione. Theophilus hic. solebant n: olim insignes et ad exlum ptinentes cae coram Impatore ventilari, cuius rei exlum e in l. proxime 3. ff de his q in testament. tenent. Jus q illud q princeps post plenam cae cognitionem, suggesti, oni a partibus uel consiliariis, a qbus plerunque de eo q dubium principi suggerebat facta pro tribunali, respondebat, decre, tum appellabat, et locum habebat in consimilib. causis. Cuiac. in partitli Cod. de LL. et l. 2. observaor. c. 26.

LIIX Rescriptum v. principis e, q a principe p epistolas consultori Episidum, aliorumque magistratuum, uel pcibus et libellis supplican, tium, de re quappiam dubia respondet, moris n: erat, ut saepe magistratus de aliqua iuris qstione, aliave re, ad principem scriberent, quales st epistolae Plinii ad Traianum, et Traiani ad Plinium rescripta. Exla in iure inveniunt in l. testa, mentum 3. § ideoque 1 ff de testibus l. Divi Traiani 24 ff de milit. testamento, et l. 1. ff de in integrum restitutionibus. Donel. l. 18 comment. J.C. c. 2. et Claud. David hic n. 4. Huc referunt qdam πραγματικὰς annotationes, πραγματικὰς sanctiones, man, data et oraes, quas principes ad Senatum mittebant, de qbus vide Vultejum l. 1 Iur. Roman. c. 2. Claud. David d. lo n. 8. et Gottofre. in d. t. C. de mandatis principum.

LIX. Indefinite acceptum ius vocatur edictum d. § sed et q principis
s. t. quo publico quodam programmate citra personarum cau, uel
alterius circumstantiae determinationem, omnibus subditis ius edi,,
citi et promulgatur.

LX. Praeterea cum constare non possit ius, nisi sit aliquis Iuris peritus
per quem possit quotidie in melius produci l. 2. § 13. ff
de O. I. Articuli enim omnes et casus, qui aliquando incidere
possunt, singularibus legibus comprehendi non nequeunt,
l. non possunt 12 ff de legibus) ideoque coepit euenire, ut inter,,
pretatio legum, aliquorum desideraret authoritatem
necessariaque esset fori disputatio. d. l. 2. § His LL. s. ff eod. uel
de proprietate verborum, uel aeq disputatione, uel denique vo,,
luntatis coniectura. In his enim omnis quaestio Iuris consistit,
teste Quintil. lib. 12. quae ad Ictos pertinet l. si statim. 6
ff ad Legem Flaviam de plag. et l. cum quem 11 § 1 ff de
Iudiciis.

LXI Cum a. id non esset cuiusuis, sed eorum tantum, quibus
Experientia et longus rerum usus prudentiam, pruden,,
tia v. authoritatem comparasset, hoc est Ictorum, ideoque
hi qui fiduciam studiorum suorum habebant, disputa,,
tionibus istis intererant, et populo de iure dubitandi, re,,
sponsis suis, certi certi alicuius iuris auctores fiebant, et
plerumque iudicibus ipsi scribebant d. l. 2. § post hunc 47. ff
de O. I. Verum cum in explicandis et interpretandis legibus
propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem l. item
si unus 17. § principal. 6 ff de accept. receptis artibus, non
parum inter sese dissentirent, ut apparet ex l. fin. ff pro legato
l. cum ex uno 32. de oblig. et actionib. l. si Titio s. s. 61
ff de legato 2do l. Mutius 30 ff locati. lege finali ff de sen,,
tentiam passis, et maxime ex lege 2. ff de Origine Iuris.

Adeo.

Adeo ut in exigua cepint ee autoritate, ideoq3 primus Divus
Augustus, ut licentiam eorum q pripiti festinadoe se iuris respon,,
sores faciebant, cui tn rei, o nisi post multos transactos annos
in forensi pulvere, satis fieri pt, reprimeret, maiorq iuris aucto,,
ritas haberet, gstituit ut nemo dnaeps posset de iure respondere
q o hoc prius, pro beneficio petiisset; q tn sub optimo principe
Hadriano, o multo post, o peti, sed pstari solebat d. l. 2 § post hunc
47. ff de orig. iuris.

LXII Respondebant a. duplici modo assertive, uel dubitative.
Assertive, pfecte sic, plene, et sine dubitatoe, exli. gra, hoc fa,,
cere licet, hoc o facere licet. Dubitative; quoties dicunt se
existimare, putare. arbitrari, opinari &c. Duarenus l. 2 disp:
anniversar. c. 11 et Donell. in tractatu de pignorib. c. 9. Prior
responsio dicebat sententia: posterior v. opinio. § responsa 8
I. t. et ibi Theophilg.

LXIII Et tn de iure civili scripto, q proprie loqndo tale e, seqr id
q improprie ius e, et dr ptorium. Improprie tale e, primo q a iuri
civili, tanq plane diversum saepissime in iure opponit. l. ius
autem 7. ff de I. et I. 2do q a dr iuris civilis viva vox. l. nam
et ipsum 8 ff eod. ergo ipsum ius civile o e pprie loqndo. 3o
q a ptorum edicta, o modicam iuris auctoritatem dicunt
obtinere. § ptorum 7. I. t. Ergo o tam ius vere faciunt, q
iuris potestate et auctoritate censent. Quarto. q a nihil ptor
honorem magistratus, auctoritatem huic iuri dedit. Unde et
honorarium ius dr d. § ptorum 7. Antonius Faber in Iurispru.
Papinianea l. 2 pri: 6 et pri: 10

> Ius scriptum improprie dictum dr ptorium ideo q a iuri civili saepissime in iure opponitr

LXIV Introductum a. e hoc ius ptorium pp publicam utilitatem
d. l. ius a. 7. § 1 ff de Iustitia et iure, cum n: multa quotidie
occurrerent, q si ad rigorem iuris civilis scripti, rigorem examina,,
rentr naturalem aequitatem laederent l. 1 ff de minorib. 25. annis. et l.
ff ex qbus causis maiores in integrum. Quapp alterutrum horu

tu

futurum erat, ut a: ius in casibus iuris civilis correctio admit-
tenda eet, a. q valde absurdum erat, summum ius fieret summa
iniuria, summa crux et summa malitia, ideoq; ptor motus
nali aeqtate q fundamentu e, totius iuris ptorii (unde et
ptor Cujac. e veluti qdam sacerdos atq; magister aeqtatis)
tanq arbiter moderator et iuris civilis dispensator exstitit
hinc ptorium ius, introductum e, adiuuandi, supplendi, cor-
rigendi, emendandi, et impugnandi Juris Civilis gra, d. l. ius aut.
§ 1 pr. infra de bonorum possessionib. et § coeterum 3. inf.
de legitima agnatorum successione, o ut tollat, uel abro-
get ius civile seu scriptam legem, hanc n: q a condere neqt.
d. pr. inf. de bonorum possessi: ideoq; nec eam tollere pt. l. fin.
Cod. de Ll. Sed ut eius asperitatem corrigat, q q; ei deet im-
pleat.

LXV. Hic adiuuandi, h. e. cfirmandi iuris civilis gra, exli cau
ptor legum tuendarum cau, illis quoq;, q recte testamento facto,
haeredes instituti st, dat sdum tabulas bonorum possessionem.
pr. Instit de bonoru possess. et l. sed eum 6. § 1 ff eod. et
hoc mo dr ius ptorium civile subseq in l. scio 14 ff de testib.
Supplendi, qn sct aliqd ptor iuri civili, ad supplendum
eius defectum addit. Corrigendi et emendandi: qn
qd eid. detrahit, addit. Patre intestato mortuo, vocabant
a lege 12 tabb. ad successionem io liberi, in potestate cstituti
exclusis emancipatis. Verum ptor nali aeqtate motus, hisce
et potestatem succedendi aequalem fecit, pinde ac si in po-
testate patris, tempore mortis fuissent. Sic eum actionum civilium
o plenus erat numerus, ptor alias iuri civili addidit, utiles
vel et in factum. l. qa actum 11 ff de pscriptis vbis. Detrahit
exli gra, quis iure civili sui haeredes et post abstentionem
haeredes sint. l. 30. § 10 ff de fideicomissariis libertatib.
effectu tn ipso facit ptor, ne loco haeredum habeant. l. 57

ff de acquirenda hared. et l. 12. ff de vulgari et pupil. substit. Antonius Faber Jurisp. Papin: S. n. t. pri: 10. illat. 2. et Curiac. in recitatoib. ad d. l. ius a. r. § 1 ff de F et T.

LXVI. Aedilitium ꝓ[illegible] iuris, pars ē edictum, q̄ aedile Curules, a sella Curulli, q̄ cui insidebant ita dicti, de templis, theatris, curis reficiendis, de annona, et maxime causis ratihibitionem, nequa in re emptores à ~~ventori~~ venditorib. decipiente, de qbus vide totum tit. ffrum de aedilitio edicto, et ibid. Borellum et Rosinū l. 7. Antiqt. c. 25. proponere solebant, § [illegible] l. S. t.

LXVII Et tm de iure civili scripto, de ꝯ scripto, S. ē ꝯsuetudi, ne, qua de in ꝯ sine scripto q̄ S. t. Vide q̄ dixi in publicis plect. de Consuetudine in gnre.

QVAESTIONES.

1 Num ꝓhibitum sit liberis incestuosis subministrare ~~[illegible]~~ alimenta?

2 Num q̄ grauidam laesit, ut abortum faciat, sit puniendus, lege Cornelia de sicariis?

3 Num princeps sit legibus solutus?

4 Num lex regia in specie fuerit lata?

5 Quo tempore lex regia sit lata?

6 Num interlocutio principis hat vim legis?

7 Num scriptura sit de essentia legis?

8 Num actus debeant eē in ꝯsuetudine iudicialis?

9 Quot actus in ꝯsuetudine sufficiant.

10 Quot anni in ꝯsuetudine requirant.

11 Num ꝑ assertionem Doctoris excellentis ꝯsuetudo ꝓbet.?

12 Num ꝯsuetudo possit abrogare legem?

QVAESTIO I

Num prohibitum sit liberis incestuosis subministrare alimenta?

Negat ꝓhibitum i. deē Glos. in cap. cum haberet, extra de eo q̄ duxit, in uxorem, q̄ polluit ꝑ a. q̄ videlicet seq. Förstenerus l. i. Justinianearum tractatuum disp. 2 qst. 12. 1o qr legem iuera sanguinis. ff de R. I.

ula

ubi iura sanguinis, nullo iure civili dirimi posse, scribitur.
per iura a. sanguinis intelliguntur ea, quae cum sanguine, ab initio
nobiscum nascuntur, ut parentum amor, et cura, erga liberos,
liberorum honor erga parentes, charitas arctior inter cognatos,
ut explicat Donel. l. 2 com: I. C. c. 12. Per curam a. intelligi et possunt
alimenta. 2° quia ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum
educationem hortatur, l. unica § taceat § C. de rei uxoriae actione, ex
iure naturali alimenta liberis nostris debentur, arg. pr. Instit. tit. illis
et qui sunt in nostra potestate l. si quis s. § sed utrum 1 ff de agnoscendis
et alendis liberis. Et negare videtur, non tantum is qui partum perfocat,
sed et is qui abiicit, et qui alimonia denegat, l. necare 4 ff eod.
quare ius civile contrarium, neque disposuit, neque disponere potuit
cum iura naturalia sint immutabilia § penult. Instit. d. t. et civilis
ratio, civilia quidem iura corrumpere possit, naturalia vero non utique, § fin. In-
stit. de legitima agnatorum tutela. 3 Quia hoc et probatur ex iure
canonico, per dictum capitulum cum haberet, extra de eo qui duxit in
uxorem etc. in quo disponitur liberis ex quocunque coitu, et
incestuoso natis, a parentibus alimenta deberi, ut accipit illud
capitulum Mantica in lib. 8 de coniecturis ultimarum voluntatum
tit. 5. n. 12. Surdus in tractatu de alimentis tit. 1 quaest. 11 n. 5.
et 6. Covarruvias de matrimonio parte 2. c. 8. §6. n. 8.
Forsterus lib. 6 de successionibus ab intestato c. 10. Heigius,
et Burchold. ad §si adversus ea 12. Instit. de Nuptiis. 4 Quia
matrimonia in ascendentes et descendentes, gentibus inco-
gnita non fuerint, testes sunt Mauri, Babylonii, Assyrii, aliique po-
puli, apud quos matrimonia parentum et liberorum, turpia ha-
bita non fuerunt, ut refert Lucianus in libro qui inscribitur de sa-
crificiis Alexander ab Alexandro l. 2 genialium dierum
c. 24 Tiraquellus in legib. connubialib. l. 7. n. 22. et alii. Nec
resistunt textus, quos obiicere solent quidam in contrarium, videlicet Novel.
quibus modis nati filii efficiuntur legitimi 74 capit. fin. et Novel.
quibus modis nati efficiuntur sui 89. c. fin. in quibus scribitur, quod

illi

illi q ex nefariis et incestuosis nuptiis nati st, neq nales vora,,
ri debeant, neq participanda eis ulla clementia sit, neq alen,,
di à parentibus: qa iura civilia ibi desistunt ò v. resistunt,
et necessitas tm illis in locis tollitur, facultas v. relinqt.
Verum qmdm Solon legem tulit, qua eos, q de scortis nati erant,
necessitate alendi patris solvit, ut ii q in ducenda uxore, honesta,,
tis nullam habuit ratoem, mercedem suam hat, et ius in natos
nullum sibi reliquerunt, q bus, ut natum ee sit opprobrio, effecit.
Plutarchus in Solone. q et scriptum fuit in l. 12 tabb. teste
Paliaeto, in tractatu singulari de nothis spuriisq filiis, c. 46.
n. 1 his vbis. E meretrice natus patrem ò alito: sic vice versa
legibus civilib. Romanorum, cautum fuit, ne illi, q ex com,,
plexibus incestis processerunt, à parentibus alant. Novel. qbq
modis nales efficiunt. sui 89 c. fin. cum eis nulla clementia par,,
ticipanda sit, sed sit supplicium hoc pabum, ut agnoscunt, qa
Extra patrimonium seu bona nostra, res sunt vel iuris humani, vel divini iuris. Res humani iuris sunt sub triplici divisione, vel sunt: communes sunt vel publicae, vel universitatis. Communes res ideo dicuntur, quod omnibus tam hominibus, quam brutis animantibus sine detrimento alterius, aeque promiscuum usum praebeant, et omnibus patere debeant, ut iure non possint occupari, a quo aliquo. Sabinus in § et quid. 1 J. h. t. et sunt primo, aër. 2 aqua profluens. 3. mare. 4 littora maris d. § et quid. 1 l. 2 § 1 ff de div. rerum, et l. 3 § 1 ne quid in loco publico

3.

Primo aër. quid enim tam commune est, quam spiritus vivis? Cic. in oratione pro Roscio Amer. et omnia si teneat, non possidet aëra minus. Ovid. 6. Metam. Rationem subiicit Cic. 2 de natura deorum ubi animantes inquit, aspiratione aëris sustinentur, ipseque aër nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. Nihil enim eorum sine eo fieri potest. quin et movetur nobiscum, quacunque imus, quacunque movemur, videtur quasi locum dare et cedere.

4

Aqua profluens: quid prohibetis aquarum? usus communis aquarum est. Nec solem proprium, natura nec aëra fecit.

Nec tenues undas ad publica munera veni Ovid. d. lo

Et Ampelisca apud Plautum in Rudente, cur tu aquam inquit gravate amabo, quam hostis, hosti commodat. Unde Cic. 1 Offic. ex praeceptis naturalis communitatis refert, illud quoque esse, neminem prohibere, aqua profluente

ente. Intelligit a. p pfluentem aq. n̄ aqua pluvia, q ca-
dit de coelo, ut falso glossa existimat in d. § et qd. 1, q a
aqua pluvia ei eius est, in cuius solum cadit. q ideo et qli-
bet absq. phibitione p suo arbitrio cape pt. arg. § fere 12.
J. s. t. et l. 16 ff de servit. rusticor. pd. Non et ex sententia
Mynsingeri in d. § 1 n. 4 Ugr flumen ipsum a. aqua sca-
turiens, q medici dicunt fontanam, qa plerumq. fontes
st in loco privato. Unde et aqua illa fit privata, n̄ v.
communi l. aq. 4 et l. pses 6 C. de servitutib. et aqua.
Sed p aq. pfluentem Ugr aqua q in fluminib. pfluit semp
et nunq. manet Donel. 4 com. l. c. 2. Hotom. Borcholt. et

§ 15 Ibris.

Balduinus hic. 5

Tertio. Mare: Maris n: communis usus, oib. hoib. e. l. 3 § 1
ff ne qd in loco publico. Unde Plautus in Rudente. Mare qdem
commune certo e oibus, inqt, et Seneca l. 4. c. 28 commune bonum
e, patere commercium maris, et regnum humani gnris relaxari.
Quarto littora maris d. § et qd. 1 J. n. t. frustra n: mare oium
commune eet, nisi et littus quo accedit ad mare commune eet.
l. 2. ff de iurisdictione. Quid a. sit littus maris exponit in § e a3.
J. s. t. et l. littus 96 et l. littus 112 ff d. v. s.

Publicae dn res vel stricte dicunt vel late. Late publicae di-
cunt illae res, q iure nali communes st l. 4 in littore 14. ff de
acqr. rer. dom. et l. pscriptio 45. ff de usurp. et usucap. de qb.
fuit mo dictum. Stricte a. loqndo publicae res st, q st alicuius
populi, ut Romani, et hae n̄ nat. alicuius populi fuerunt,
hocq. respectu a reb. communib. n̄ differunt, sed iure belli et
victoriae in ius et ptatem populi Romani pvenerunt, et st
publicae vel ex se vel p aliud. Ex se res publicae st flumi-
na et portus, § flumina 2 J. t. et l. 4. § 1 ff de div. rer. Flu-
minum qdam st publica, qdam privata. Flumen privatum
nihil differt a ceteris locis privatis l. 1, § hoc intdictum 4. ff de
fluminib. et hic n̄ ptinet. Publicum v. flumen cognoscit ex
seqntib. 1o si sit navigabile 2. si perenne, hoc e semp fluat.
3 ex magnitudine. 4. ex communi et publico usu, 5 existimaoe
circum colentium d. l. 1 § 1 et 2. et l. 2. ff de fluminib. Baptista
Aymus de alluvionum iure l. 1 c. 15. n. 13. Horum fluminum
effectus e ius piscandi in illis d. § flumina 2.

Portus ideo res ē publica, q͞a pars ē publici fluminis. So. nell. l. 4. com. A. C. c. 3. Portus n: appellatur ē quilibet locus ttg[illegible] muris, parietib. sepibus, aliisve munimentis clausus, et claustro vel sera obseratur, atq obseptus, ut ā facile quis ingredi possit, quo importantr merces et inde exportantr. l. portus 59. et ibi Geddaeus n. 1 et 2. ff de V. S.

8.

Res publica pp aliud dicuntr ripae § riparum 4. J. S. t. l. 3. ff de fluminib. et l. fin. § 1 ff de acqr. rer dom. Ripa aut ita recte definietr, id q flumen continet, natem rigorem cursus sui tenens. d. l. 1 § ripa 5 ff de fluminib. Vnde ripa porrō longinq ē fluminis, littus v. maris d. § ē a 3b. t. Bald. in d. § riparum 4. n. 2. Et alrud illud, ob q ripas voco publicas ē, fluminis usus, cuius sine ripis, a nullius a. incommodus plane ē. G[illegible] ipsan. et Wesel. in d. § riparum 4. Vsus a. in eo gsistit, ut cuiq liberum sit 1° Naves ad ripas appellere. 2. funes arborib. ibi natis religare. 3. retia ex mare reducere et ibi siccare. 4. onus aliqd in his reponere, d. § riparum 4. et l. 5. in pr. ff de div. rerum.

9.

Ripae q̄ ex se erunt privatae, nam pprietas riparum illorum ē, quorum pdiis haerent, h. ē proximae st. d. § riparum 4. [illegible] nisi flu‑ mina et alveos suos et ripas, ex privatorum agris adiacentib. detra‑ xisse videntr, adeo ut agrorum partes videantr arg. l. 1 § 5. et 7. ff de fluminib. Gisanius hic. ripas colunt et privatorum vicinis coercent, ne damnum faciant. Wesemb. hic n. 4. itaq 2dum naam ē commoda riparum, vicinos seq, quos sequuntr ista incommoda. l. 2dum 10 ff d. R. J. et l. unica § 4. C. de caducis tollendis. Ne ibi in universum inutiles sint, riparum pprietates arg. § 1 ins. de usufr. cum usus publicus numq frustretr arg. l. pponebatr 76. ff de iudiciis. placuit, ut et arborum cum fructib. in ripis natae vicinorum sint. d. § riparum 4. et l. 30 § 1. ff de acqr. rer dom. cum superficies, dat solo, § cum in suo 30 J. t. et fructus, ōe iure soli percipiatr. l. q scit. 25 in pr. et § 1. ff de usuris.

10.

Deniq res universitatis st duplices, quaedam n. st auctoritate tm universitatis, voluntate v. singulorum de qbus singuli de uni‑ versitate commodum accipiunt, pp usum q publicus est, et st

theatra, stadia, forum, campus Marcius, viae publicae, balnea publica § universitatis 6. J. S. t. et l. sed Celsus 6. in pr. ff de contrahenda emptione. Quaedam vero res sunt, quae universitatis sunt tam authoritate, quam voluntate, ex quibus omnes singuli de universitate commodum accipiunt, sed ipsa tamen universitas, ut sunt vectigalia, horrea, apotheca etc. Vide Wesemb. in d. § universitatis 6. n. 4.

11

Et tamen de rebus humanis, quae licet actu ipso dominio nostro eximantur, potentia tamen nostrae esse possunt, ad quas et refero, res quae vacant, vel nova ipsa, de quibus in § ferae 12. et § 18 h. t. vel quae tales fiunt, quales sunt res pro derelicto habitae § quacumque ratione 47. h. t. et thesauris, § thesauros 40 infra h. t. de quibus in modis acquirendi agendum erit.

12.

Sequuntur res divini iuris, quae et actu et potentia, dominio nostro regulariter eximuntur, nam quod divini iuris est, id nullius est in bonis. § nullius 7. J. h. t. quia nullius esse potest, id ut alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere, l. quod nullius 182. ff d. R. J. d. l. 6. in pr. et l. si in emptione 34. § 1 ff de contrahenda emptione. l. sacra 9 § fin. ff de rerum div. et l. continuus 137. § cum quis 6. ff d. V. O. Res autem hae sunt, vel res ita simpliciter et absolute divinae, vel quodam modo seu quasi. Illae dicuntur res sacrae et religiosae § sacrae 8 et § religiosum 9. h. t. et l. 1 in pr. ff de div. rerum. Istae vero dicuntur sanctae. § sanctae 10 in tit. eo; quoddam modo, h. t. et d. l. 1 in pr. Confer Donell. 4 com. c. 1

13.

Sacrae res sunt, quae rite Deo consecratae sunt d. § sacrae 8. Unde sacrum definit Trebatius, quicquid est, quod Deorum habetur teste Macrobio l. 3 Saturn. c. 3. Consecrat autem non privatus, d. § sacrae 8 V. si quis a. sed Pontifex et princeps d. § sacrae. l. ossa 8 in pr. ff. de religiosis et sumptib. funerum et l. sacra 9 § ff de rerum div. res inanimatas. Aldus Manutius, de quaesitis per epistolam, de sacro, sacrosancto, sancto, etc. quales sunt aedes sacrae, et res mobiles, seu donaria, ut libri sacri, vasa ad usum sacramentorum necessaria, d. § sacrae 8. l. 6. § 3. et d. l. 9 in pr. et § 1 ff de div. rerum, sive et in civitate sint, sive in agro. l. sacra 9 in pr. ff de div. rerum.

14

Forma dedicandi consistit in ritu solenni moribus cuiusque populi recepto. Donel. 4 com. c. 1. Effectus est, quod illae non possint alienari, d. n: recipit res sacra aestimationem l. 95 fin. ff de div. rer. nisi tamen alienatio, et oppignoratio, fiat ad redemptionem captivorum, ad alimenta pauperum, vel templorum refectionem, d. §. sacrae 8 b. n. t. Absurdum n: non est animas hominum quibuscunque vasis, vel vestimentis praeferri l. sancimus 21 C. de SS. Ecclesiis, cum Deus neque vasis, neque poculis indigeat, quia neque edit neque bibit, ut respondet Acatius Amidenus Episcopus teste Cujac. in Novel. 7. et aurum sit Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget, et subveniat in necessitatib. quia melius est ut vasa viventium servent, quam metallorum. Ambrosius l. 2 de Officiis c. 28. Semel autem aede sacra facta et diruto aedificio locus sacer manet, d. §. sacrae 8 vers. locus autem et l. in tantum 6 §. sacra 3 ff h. t. quod tamen si attingitur a prophanis, violatur. Aldus Manutius d. lo., etsi capitur sacer esse desinit l. cum loca 36 ff de religiosis et sumptib. funerum, prius tamen evocatis inde sacris d. l. sacra 9 §. illud notandum est 2 ff de div. rer. Notandum n: est omnes urbes olim in alicuius Dei fuisse tutela, moremque Romanorum arcanum et multis ignotum fuisse, ut cum circumdarent urbem hostium, eamque iam capi posse considerent, certo carmine, evocarent tutelares Deos, quod aut aliter urbem capi posse non crederent, aut etsi posset, nefas existimarent Deos habere captivos. Est autem carmen hujusmodi: Si Deus, si Dea est, cui populus civitasque est in tutela, teque maxime qui urbis hujus populique tutelam recepisti, precor venerorque veniamque a vobis peto, ut vos populum civitatemque deseratis, loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, absque his abeatis, eique populo, civitatique metum, formidinem, oblivionem, iniiciatis, proditique Romam ad me meosque veniatis, nostraque vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatiorque sit, mihi quoque populoque Romano, militibusque meis praepositi sitis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum. Macrob. l. 3 Saturn. c. 9.

15.

Locus religiosus, a relinquendo Servio Sulpitio, teste Macrobio d. l. 3. c. 3. quod propter sanctitatem aliquam remotus ac sepositus a nobis sit; ex sententia Cic. 2 de nat. Deorum a religendo dictus, fit ubi corpus ossave hominis condita sint in religi-

a l. sancimus uncta authen. hoc ius porrectum C. de sacros. Ecl.

Quartus casus a Mynsing. affertur, pro debitorum clausam, si quis ergo aut Ecclesiam, et aliunde non possit solvere.

Si alienatione rerum sacrarum, observari debent. 1 Causae cognitio ut sic superior praelatus expendat, num alienatio expediat Ecclesiae, necne? 2 Decretum praelati Ecclesiae. 3 Consensus totius Cleri sive capituli.

NB.

Reg.

Religiosum dicitur a relinquendo. Servio Sulpitio. A religendo 2. Cicer.

gr

giosum q. s. t. d. l. 6 § 4 ff de div. rer. et l. 2. §§ ff de Religio,,
sis et sump. funer. Licet a. cadaver hois, non sit qd religio,,
sum, religionis tn, cuius favor magnus e l. locum 17. in
pr. ff de usufructu, interest sepulchra et monumenta extrui,,
et exornari l. 7 § interdictum 6. ff de mortuis inferendo.
ut memoria humanae conditionis, corpora sepulturae tra,,
dantur. l. quidam 27 in pr. ff de conditionib. Instit. q dum
vivebant templa erant Spiritus Sancti, 1 Cor. 3 v. 16. Ex
quibus infert 1º monumentum per se non religiosum esse
priusquam eo mortuus sit illatus l. 4. § non fit 6 ff ad l. Juliam
peculatus, cum sit memoria tn causa factum l. 2. § 6 ff
de relig. et sumptib. funerum, quod Graeci κενοτάφιον
hoc e inane sepulchrum, qd e sine corpore appellant.
l. monumentum 42. et l. relig. 6. § fin. ff d. t. et l. 6. § fin.
cum l sequente ff de div. rer. 2º non totum locum qui sepulturae
destinatus e, religiosum fieri, sed quatenus corpus hu,,
matum e d. l. 2 § sepulchrum 5. ff de relig. et sumpt. funer.
et agrum purum, monumento cohaerentem p fani nomine
l. locum 9 ff de relig. et sumpt. funer. Barnabas Brissonius
l. 2 select. antiqt. c. 15.

16.

Humatio a. illa fiebat regulariter non in urbe, sed extra
urbem. l. 12 C. de relig. et sumpt. funer. Cic. l. 2 de LL. 1º
ut nisi per vivos hoies civitatem, totamque Rempub. vi,,
vere ac subsistere crederet. Ant. Faber in Jurispr. Pap.
tit. 11 pr. 1 2º ut ab oculis viventium cadavera, quae a,,
nimis moestitiam inferunt, quam primum amoverentur, et
tertio, ne coelum illud urbanum, unde puri spiritus du,,
cerentur tetro putrescentium corporum nidore corruptum
pestem alioqui importarent. Paulus Manut. de legib.
Romanis. Verum cum eorum dolori atque orbitati, ma,,
gnum sit solatium, si amicis sui sepulchrum amplexari,
ac in id lacrymas profundere possint, illaque officia
extra civitatem sepulto, non facile sit exequi, ideoque
statuit Imperator Leo in Novel. 53 ut liceat tam in,,
tra civitates, quam extra mortuos sepelire liceat.

In d. l. 12 C. de relig. et sumpt. funer. causa et sacra aedes, ne sanctum municipiorum ius polluatur.

17.

Illatio v. fiebat, in locum vel proprium vel alienum

undeq. ut is q religiosum et vult ɔstituere locum, sit vel dnus, vel dni sat ɔsensum. Dnus a. ŝt, vel plenam loci istius pprietatem, vel nudam tm pprietatem. Qui plenam ŝt pprietatem ŝt vel raoe totius loci, vel tm raoe partis. Si raoe totius sua fa voluntate facit locum religiosum d. § religiosum q. S.t. Si v. tm raoe partis, inqrit utrum locus, q cum aliis communis e, in qm socius mortuum inferre vult sit purus, an v. ante religioni addictus. Si purus, S. e neq sacer neq sanctus, neq religiosus l. 2. §§ purus 4. ff de religio. sis et sumpt. funerq, o licet invitis sociis mortuum inferre. d. §§ q. S.t. d. l. 2 § 1, et 2. ff d. t. l. 6. § 4. ff de div. rerq et l. 6. § 6. ff communia dividundo q llatio n. fit in aliqm locum solidum, qualis o e is cuius oes glebae communes st l. si fundus 39. ff de socio l. certo 13. § 1 ff de servit. rusticorq pdiorq et l. 25 q 31 ff de usuf. legato, et q a fieret hoc mo unius arbitrio alioq conditio deterior, q legem o debet 74. ff d. R.J. 18

Si v. ante religioni addictus fuit, tum a. extranei inferuntur, a. unus ex dominis. Si extranei opus e ɔsensu oium sociorq. Si unus ex dnis recte ibi sepeliri ɔstat et sine caeterorq ɔsensu; mxe cum alius o sit locus in quo sepeliretr l. si plures 41 ff de relig. et sumpt. funerq d. §§ religiosum q S.t. et d. l. 6 § 4. ff de div. rerq. Quia ius inferendi in sepulchrum unicuiq in solidum competit d. l. 6 § 6. ff communia dividundo, et liberum e vel reclamante et invito socio rem habere ad usus destinatos l. arborib. 12 § 1, ff de usufr. psertim hic, ob favorem religionis, et utilitatem reipub. q e ne cadavera insepulta iaceant. l. st pcise 43. ff de relig. et sumpt. funerq. Nec resistit, q in re communi nemo invito altro facere qcq possit. l. Sabinus 28 ff communia dividundo q ed n. hoc respicit, ne socius re communi possit uti ad qm usum, o e destinata. Pacius Centuria 1 qst. 38.

Q. 18 Uris. Anno 162

19

Qui v. nudae pprietatis tm dnus e, o pt locum religi

gio

giosum facere, invito eo qui eius d. loci habet usum fructum d. l. 2 § 7. item si alienus, vel aliquam servitutem, quae eius prohibendi et sibi habent d. l. 2. § 8 et l. ossa 3 § nec solum 4. ff de relig. et sumpt. funer. Illorum n: de re deterio, rem proprietarius conditionem faciat invite l. 15 § 6. et l. 17. § 1 ff de usufr. et sic comminuit iurеeorum consequens fuit ex quo in generali, l. in concedendo 8 ff de aqua et aqua pluviae arcendae, sed interdum et solus proprietatis dominus, locum religiosum facere potest, fingentem: eum testatorem inferre, cum non esset tam oportune ubi sepeliretur d. l. locum 17 in pr. ff de usufr. et d. l. 2 § si usumfructum 7. ff de relig. et sumpt. funer. Aut non minus commode per alium locum servitute uti posse et tunc non videtur servitutis impediendae causa id fieri, et ideo religiosus fit d. l. 2. § 8.

Exceptio

20.

Sine consensum domini, cuius locus est, inferre debent, omnes qui inferunt, quorum e numero est usufructuarius d. l. 2. § 7. Nullus n: actus quamvis pius et favorabilis, in alterius praeiudicium subsistit ppr: l. quod et qb. ex causis ee. cum nemini ius suum sit detrahendum § fin. l. de his qui vel a heni iuris sunt. Sufficit a. consensus ille, sive sit illatione prior, adeo ut retractari non possit c. quod semel 21 de R. I. in 6. sive sit posterior d. § religiosorumque 1. 7 et d. l. 6 § 4 ff de div. rer. Omnis ratihabitio priorus retrahitur et confirmat ea, quae ab initio subsecuta sunt. l. fin. C. ad SC. Maced. et cap. ratihabitionem 10 de R. I. in 6. maxime in favorabilib. l. si legatus 30. ff ad SC. Trebell. Qui itaque sine domini voluntate mortuum in alienum locum intulerunt, vel inferre curaverunt a. tollere id quod intulerunt, a. pretium loci praestare coguntur per in factum actionem domino cuius locus est, vel bonae fidei possessorem, quae tam heredi quam in heredem competit et perpetua est l. 1 9 7. in pr. et d. l. 2 § 1 ff de relig. et sumpt. funer. Adversus a. eum qui in alterius arcam lapideam in qua adhuc mortuus non erat conditus, mortuum intulerit, utilem actionem in factum proconsul dat, quia non proprie, vel in sepulcrum, vel

in

in locum atrius inkli(?) se dici pt, d. l. 7 § 1 ff d. t.

21

Tandem cum loca capta sunt ab hostibus omnia desinunt religiosa esse d. l. cum loca 36. ff de relig. et sumpt. funer. fiunt n. illa hostium. § item ea 17. J. d. t. quia si religiosa manerent, fieri non possent Borel. 4 com. c. 7. Sic cum reliquiae in alium locum translatae sunt l. 44 § fin. ff de relig. et sumpt. funerum. Translatio a. illa fieri non pt sine decreto Pontificum seu iussu principis l. ossa 8 in pr. ff d. t. et c. 37 dist. 1 de consecratione. Divi n. fratres edicto admonuerunt ne iusto sepulturae traditum i. terra conditum corpus inquietetur l. divi fratres 39 ff de relig. et sumpt. funer.

22

Sanctum dictum est vel secundum quosdam a sanguine hostiae quae olim in foedere iciendo fundi solitus. A sanguine n. idem sancire quod proprie consecrare aliquid sub sanguine hostiae significat. Unde Sanctum, quod sanguine consecratum. Perottus cornucopiae. vel a sagminibus, sunt a. sagmina herbae quaedam, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, sicuti legati Graecorum ferunt ea, quae vocant graece κηρύκια l. sanctum 8 § 1 ff de div. rer. Si quis n. legatum hostium pulsasset contra ius gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati l. fin. ff de legatis. Vide Varro l. 3 de lingua lat. corpora legatorum sancta vocat, quibus, ut Marcus Cato dicebat, nemo homo nocet, et Cic. 1 Verrina, omne legatis, inquit, inter hostes incolumes esse dnt.

23

Sagmen a. quod sanctum quoque significat, a graeco σεμνόν, h. e. quod sacrum et religiosum denotat dictum putat Clariss. D. Scipio Gentilis in l. singulari originum in verba sanctum. Alii v. sagmina ab agendo derivant, quod est sacris agantur et appellabant sagmina antiquitus, Verbena priores Livius l. 30. h. e. herba pura Albericus Gentilis l. 1 de legationib. c. 13. quia ex loco sacro, hoc est arce capitolii, cum sua terra evellebant a. gentis, pro tore, et illis semper legati, cum ad hostes pacis ineundae causa mitterentur coronari solebant. Unus tn legatorum verbenam portabat, cui nomen erat Verbenarii, vide Glossam in d. l. 8 § 1 ff de div. rerum.

24

Sanctum dr a sanguine hostiae, vel sancio

Sanctum q. sanguine consecratum.

Sanctum a sagminibus.

Sagmen a graeco σεμνόν

Sagmina ab agendo quod est sacris agantur

Verbenarius

Ceryceium.
Caduceum dr q cadere
faciat contentiones
440

24.

Κηρύκιον seu latine Ceryceium, h. caduceum dictum
q cadere faciat contentiones, atq certamina Perotus
cornucopiæ, erat lignum rectum, habens duos angues
sibi invicem implicatos, et facies habentes sibi obversas.
Unde q virgam hanc seu baculum portabat, κῆρυξ
et caduciator, seu legatus pacis dicebat. Vide plura hac
de re ap Perotum cornucop. p. 400 n. 60. Macrobium l. 1 Saturn.
c. 19 Polybium l. 3 Albericum Gentilem d. l. 1 c 18 et
Guilelmium Puteum in annotat. ad d. l. 8 ff de div. rer.

25.

Sabinus Cassio reste refert.

Muri Romæ et in municipiis Sancti.

Portæ item civitatis

Et Sanctum pro re dicimus, q neq sacrum neq profanum e
sed sanctione quadam confirmatum, ut ab iniuria hominum
defensum atq munitum sit d. l. sanctum 8 in pr. et l. 9
§ ppnie 3. ff de div. rer. Sic muri st sancti, tam Romæ,
q in municipiis, st sanctæ quoq ro h. t. l. fin. et d. l.
sanctum 8 § in municipiis 2. ff de div. rer. Item portæ
Civitatis, de iure civili d. § sanctæ 10. et l. 11 in pr. ff de
div. rer. o v. pontificio. Ubi n. portam aprire voluerunt
veteres, ibi vomere exempto suspensoq aratro transilientes,
intercapedinem reliquunt. hinc totus murus excepta porta
sacer est. nam si portas quoq sacras statuissent, o potuissent
res naria, q lustrato o ceerent pecas vel recipi, vel emitti sine
piaculo, quales st et cadavera. Plutarchus in Romulo et in qst.
Romanis qst. 27 et Hadrianus Turnebus in Varronem de
lingua latina, in vbis Vacca interiore.

26.

Sancte item res arces
et propugnacula, spe-
cula. Item leges

Sanctæ quoq res st arces, et propugnacula ad murorum defensio-
nem extructa, item speculæ ad excubitores nocturnos recipien-
dos in muris collocatæ arg. l. 2 ff ne qd in loco sacro fiat.
Donel. 4 com. 1. et leges d. l. 9 §§ 3. ff de div. rer. Vndeap
Horat. Sanctorum inscripta legum. Sanctione n. quadam
st subnixæ, e a. sanctio ea pars legis, q certam pœnam
irrogat iis, q præceptis legis o obtemperaverint d. § sanctæ 10
h. t. et l. sanctio 41 ff de pœnis.

27.

In patrimonio nro st res singulorum, singulorum n h. t. quas

acq

acquirimus duplici modo, vel singulariter, vel universaliter. Res singulae acquiruntur, aliter ex iure gentium, aliter ex iure civili. Ex iure gentium aliter acquiruntur res corporales, aliter res incorporales. Res corporales sunt, quae sua natura ~~[illegible]~~ tangi possunt § 1. de reb. corporalib. et incorpor. Media autem quibus res illae acquiruntur, sunt tres. Primo occupatio. 2. Accessio. 3 Traditio.

28.

Occupatio est rei apprehensio, qua animo domini acquirimus quod nullius est actu, potentia tamen potest esse. Ratio est, quia quod ante nullius est, id naturali ratione, occupanti conceditur. § ferae 12 h. t. et l. 3. in pr. ff de acqr. rer. dom. ut sit industriae praemium Quintil. declamatione 13. Quemadmodum theatrum cum commune sit recte tamen dici potest eius esse eum locum, quem quisque occuparit, sic in urbe, mundove communi, non adversatur ius, quominus quod suum cuiusque sit Cic. l. 3. de finib.

29.

Dixi occupationem esse rei apprehensionem, quae nullius est, ut excluderem eas, quae sunt alicuius, quales sunt res haereditariae, quae licet in nullius bonis esse videantur Cajus in frag. l. 2. tit. 4. § 1. ~~Intellige~~ veritate naturae, fictione tamen iuris sunt alicuius, vel haereditatis, quae fingitur persona, et locum defuncti sustinere. l. haereditas 61 in pr. ff de acqr. rer. d. Ab occupatione etiam ut patet, alienae sunt res sacrae, quia non solum actu nullius sunt in bonis § nullius 7. sed sunt verum et potentia, § idem iuris 2. I. de inutilib. stipulationib. et l. inter stipulantem 83 § sacram 5. ff de V.O.

30.

Occupamus itaque res, quae vere et omni ex parte nullius sunt, nec proprietate nec usu ullo cuiusque, ut sunt 1 Animalia. 2. Res hostiles, et 3. res communes. Animalium tria sunt genera, vel enim sunt naturaliter mansueta vel prorsus fera, vel naturaliter fera, sed accidentaliter mansueta. Naturaliter mansueta, ubicunque sunt domini sunt, ex quorum numero sunt gallinae et anseres. § Gallinarum 16. h. t. Prorsus fera nascuntur, vel terra, vel mari, vel caelo h. e. aere. unde occupationis quae circa animalia hic tres sunt modi, primus est Venatio, quae fit in terra 2 Aucupium quod in aere. et piscatio, quae exercetur in aqua. Videndum igitur quae animalia capi possint, et quando dicantur capta, et quousque

nia

Res quae in patrimonio sunt acquirimus duobus modis

447

Res singulae acquiruntur, tribus modis 1 Occupatione. 2 Accessione 3 Traditione.

De primo modo Quid sit occupatio

Haereditas in nullius parte h. iuris pro domino habetur

Quales res occupantur 1. Animalia 2. Res hostiles 3. Res communes
Animalium divisio

4. alium d. 12 § 10

maneant capta. 31.

Animalia sunt vel noxia vel minus noxia, illa a quovis sine ulla prohibitione et loci distinctione capi possunt. l. unica C. de venatione ferarum et § nemo retia, t. de pace tenenda in usu feudorum, haec v. sive in aere sint sive in terra, cum distinctione loci, qui vel privatus vel publicus, privatus locus est vel proprius vel alienus in proprio loco capi possunt simpliciter absque ulla prohibitione l. iniuriarum 13 § fin. ff de iniuriis. In alieno v. loco seperato actum ingressionis, ab actu venationis seu occupationis. Dominus prohibere potest venatorem, ne ingrediatur d. § ferae 12. et plane d. t. l. 3 § 1 et l. 5 § 3. ff de acquirendo rerum d. Admodum n. durum est, cuiuslibet libidini et curiositati patere secreta nostrarum possessionum, ideoque potest et intentare dominus, proprius loci, actionem iniuriarum adversus intrantem l. iniuriarum 13 § 7. ff de iniuriis. Fera v. capta, non fit domini fundi, sed capientis, quia non acquiritur iure soli aut loci, sed simpliciter, iure captionis. Hortensius in d. § ferae 12 et prohibitio, domino non parit statim dominium ferae Gips. in l. 3. n. 4 ff de acqu. rer. dom. quia adhuc nullo certo loco inclusa est, sed magis aere quam terra contineri videtur.

A si et ante fuerit, rit.

32.

In publico vero loco non possunt capi illa animalia a privatis. Jure n. hoc competit duntaxat principi. arg. § sedet q. 6. s. de f. N. G. et C. Hinc capta sunt animalia tum, quando plene sunt acquisita. Licet itaque fera a te ita vulnerata sit, ut capi possit, non tamen, aliter tua fit, quam si eam ceperis, § illud 13 d. t. et l. 5 § 1 ff de acqu. rer. d. Aliud n. est occupare, aliud vulnerare. Necessitatem, quia vulnerans, causam dederit, occupationi faciliori, quia multa accidere possunt ut eam non capias d. § 13 inf. spes n. incertissima res est. Unde illud Plauti in Rudente, atque ego et quod speraverim spem decepisse multos scio, et illud Ovidii.

o et d. l. 5 § 1

Fallitur augurio spes bona saepe suo. Et apes quae in arbore tua consederint, non fiunt tuae, antequam a te alveo includantur § apum quoque 14 d. t.

33.

Amittuntur denique iterum haec animalia capta, si amplius

non

nrā custodia ñ coercent, sed eam evaserint, et in liber-
tatem nālem seu laxitatem sese receperint d. § feræ 12.
& q̃cq̃ d. a. s. t. l. 3 & 2 l. 44 et l. 55 ff de acq. rer. dom.
Nālem a. libertatem recepisse t'gunt, q̃n ita aufugerint,
vel avolarint, ut a. a nobis amplius ñ videant et planè
ignorent ubi sīt a. etsi adhuc in conspectu sint, difficilis
tñ eorum sit psecutio. l. nālem 5. in pr. ff d. t. et d. § feræ 12.
v. nālem a. d. t. Secus ē si adhuc sint in conspectu, et pse-
cutio eorum facilis, puta si avolarint pennis aliqua ex parte
avulsis a. incisis, ut ñ facile, a. ñ longe avolare possint, d. §
apum 14 &. examen et d. § feræ 12. in f. in vbo difficilis.
Donel. 4 com. c. 4. 13.

Aves

34.

Nāliter v. bestia fera, sed accidentaliter mansueta, eod.
mō acq̃rit quo prorsus fera, in q̃servatōe tñ dominii et amissi-
one, multū ab illa distat. In his n. aīalib. q̃ ex q̃suetudine
abire, et redire solent talis regula comprobata ē, ut eos q̃
tra eē t'gant, donec animum revertendi hant. § pavonum 15 d. t.
q̃ dīni q̃suetudinem redeundi servant, a nobis possidentr.
l. 47. ff de acq. possess. Unde q̃dam recte putant colum-
bas quoq; q̃ volant ab ædificiis, item apes q̃ ex alveis nris
avolant, et dum q̃suetudinem redeunt, a nobis possidere.
l. possidere 3. § q̃dam 16 ff d. t. possessione a. manente, manet
dominium l. 1 ff d. t.

35.

Si a. revertendi animum hre desierint, tra et eē desinunt,
et fiunt occupantium, q̃ tum fit, q̃n q̃suetudinem revertendi
~~[illegible]~~ ultrō d. l. 5. § 5. ff de acq. rer. dom. Non ab alio inesca-
tionib. q̃bsdam sollicitata, vel captata, vel furto sublata, ut
magis mutarint servitutem, q̃ evitarint, deseruerint. Bald.
in § q̃cq̃d a. n. 4 d. t. Sic apes animum revertendi hnt q̃n ñ uni-
versum examen avolat, si vero totum examen avolat ex alveo
argum ē eas planè abolitionem parasse. Gips. in d. l. 5. § 5.
n. 6. Est a. examen in d. § apum 14. d. t. proles et q. colonia q̃dam
apum.

36.

Pisces et pi-
scatio.

Tandem piscationes institui possunt in mari vel diverticulo
l. iniuriarū 13 § si q̃s 7. ff de iniuriis. et l. 2 § si q̃s 9 ff ne q̃d in loco pub.

Ma

450

Mare in nr̃a oib. patet. l. venditr 13 in pr. ff communia p̃ diorz et in stagno, nam pisces in stagno a nobis ñ possidentr licet stagnum sit nostrum, q a ñ st pars stagni, ut nec fera pars sylvae, itaqz relicti st in libertate nali. l. possideri 3. § item feras 4 ff de acqr. posess. Secus tn̄ ẽ iis in piscib. quos in piscinas coniecimus, illi n: a nobis possidentr d. l. 3 § 14. Nam nemo in piscina colligit, vel in vivario pisces alit nisi suos et p̃prios, qa alr eadem ẽ illius rei, nulla ẽ occupão

37

2 Occupantr res hostiles

Res hostiles, quas ex hostibus capimus, iure gentium statim nr̃a fiunt §s item ea 17. J. d. t. et l. 5 § fin. ff de acqr. rerum d. Bellum n: iuris gentium ẽ l. 5 ff d. Jet Jure. Sive res sit privata sive sacra a religiosa l. cum loca 36 ff de relig. et sumpt. funer. q ttge de rebg q capta st ex hostib. bello adhuc durante d. § item ea 17. in vbo. hostibus. Quod n: capitr hostib. devictis et expulsis, sive mobile, sive immobile sit, ñ fit occupãe militum, sed in ius et ptatem Impatoris, sive belli ducis transit, et in fiscum redigitr c. dicat aliqs. caã 23. q̃st. 5, et l. divus. ff de iure fisci. Bonell. 4 com. J. c. 1

38

3 Occupão fit rerum communium q st vel naã vel volun, tate hoium communes

Deniqz res communes st vel naã, vel hoium voluntate, naã st communes, q in mari a littore maris inveniuntr, quales st lapilli, gemmae &c. Et ha iure nali statim occupãe inventoris fiunt. § item lapilli 18 J. d. t. l. 1, § fin. ff de acqr. rer. d. et l. 3 § 3 ius. ff de acqr. posess. Unde ttgimus merces in tempestate levanda navis caã eiectas, inventoris ñ fieri, q a palam ẽ, eas deo animo eiici, q qs eas hre nolit, sed quo magis cum ipsa navi, maris p̃iculum effugiat §§ fin. J. d. t. Itaqz cum cogente necessitate merces eiiciat, ñ videtr eas in alium transferre velle, cum nemo in necessitatib. liberalis existat. l. rem legatam 18 ff de ~~[illegible]~~ adimendis legatis.

39

Voluntate hoium communes st thesauri et res abiectae. Thesaurus ẽ duplex. vel p̃prie dr thesaurus, vel impprie

Res voluntate hoium communes, st thesauri, et res abiectae. Thesaurus duplex ẽ, vel n: p̃prie dr thesaurus, vel minus p̃prie, minus p̃prie thesaurus, ẽ si qs aliqd vel lucri caã, vel metus, vel custodiae caã condiderit sub terra, hic ñ fit inventoris, l. 31. § 1 ff de acqr. rer. dom. sed manet pristini dni, cuius et furtum fit l. thesaurus 10.

ff

ff ad exhibendum. Proprie v. dictum thesaurum duo constituunt. 1 Ut vetus sit depositio. 2 Ut dnus ignoretur. Unde definitur in l. nunquam 31 § 1 ff de acqu. rer. dom. quod sit vetus quaedam depositio pecuniae, cuius non extat memoria, ut iam dnum non habeat, is itaque quoniam nullius est cedit occupanti l. 1 in pr. ff de acqu. rer. d. quod tn distinctionem admittit.

Thesaurus ut inventori cedat, debet esse vetus depositio, et ut dnum non hat

40.

Aut n: Thesaurum quis scrutatur per illicita sacrificia, aut non. Si illud, thesaurus inventus cedit fisco l. unica C. de thesauris l. 10. Si v. hoc distinguitur, an n: quis thesaurum in loco suo proprio, an in loco alieno, si in loco proprio totus cedit inventori § thesaurus 40 J. h. t. Si v. in alieno, videndum erit num is fecerit actu studioso, num v. invenerit eum casu fortuito. Si illud totus thesaurus est dni loci, d. l. unica C. de thesauris l. 10. Si v. hoc dividitur thesaurus inter inventorem et dnum loci, d. § thesaurus 40.

41.

Res abiecta sive missilia, et res pro derelicto habita, de missilib. tractatur in § hoc amplius 46 h. t. Res v. pro derelicto habita est quam dnus, nulla cau. cogente, ea mente abiicit, ut eam in numero rer. suar. esse nolit § qua ratione 47. h. t. Unde statim dni esse desinunt, et occupantes statim fiunt. l. 1 ff pro derelicto. Hinc apparet, quod is dominium rer. suar. non amittat, quas quis vel in publicum proiecit, ut in ruina, et incendio accidit toto tit. ff de incendio ruina etc. vel aliasignoranter perdidit, quales sunt, quae de rheda currente, non sentientib. dnis cadunt, § fin. h. n. t. Et tm de occupatione.

42.

Accessio quae est alicuius rei augmentatio est vel simplex vel mixta. Simplex est vel nalis, vel artificialis. Nalis est quae operante natura sine hoium labore et industria rebus nris aliquid accedit quae rursus est discreta et continua. Discreta est, quae ex nris animalib. procreatur aliquid, et dr foetura animalium, § item ea 19 et § in pecudum 38 h. t. Ratio est quia quod ex re mea superest meum est l. so. lum 49 ff de rei vindic. et l. de eo 12 § si quis ff ad exhibendum. Continua est, quae fit per alluvionem. Est a. alluvio latens incrementum § praeterea 20 J. h. t. et l. 7 § 1 ff de acqu. rer. dom.

Alter modus acquirendi res singulas corporales est Accessio

Cui non absimilis est circumluvio et inundatio. Circumluvio est, quae insulam efficit, § insulae 22. I.t. Haec autem duplex est, marina et fluviatica. Marina cedit primo occupanti, quia nullius esse creditur d. § insula 22. Donell. 4 com. c. 10. Fluviatica vero si solo innitatur cedit vicinis praediis, ita tamen, ut si sita sit in fluminis parte media, communis fiat pro latitudine cuiusque praedii, quod prope ripam est. Si vero alteri proximior sit parti, eorum est tantum qui ab ea parte prope ripam praedia possident d. § insula 22 et l. 7. § 3 ff de acqr. rer. dom.

43.

Inundatio est duplex, una mutat fundi, vel agri speciem et formam, altera vero non mutat. Haec inundatio proprie dicitur, illa vero alvei mutatio. Inundatio fit quando a mari seu flumine totus alicuius ager inundatus est. Quoniam autem id solum proprietatem eiusdem iuris mansit l. cum usumfr. 24 ff quibus modis ususfr. amittatur, ideoque aqua recedente, tam possessio, quam proprietas, quae utraque inundatione amissa erat l. si ager 23 ff quibus modis ususfr. amittitur l. 3 § 17 et l. 30 § 3 ff de acqr. possess. sine nova apprehensione restituitur § alia sane causa 24 I.t. Alvei mutatio est, quando flumen naturali alveo derelicto, aliorsum seu ad aliam partem fluere coepit, et sic vetus alveus accedit praediis vicinis, quorum pars fuit, ante fluminis detractionem, novus vero publici fit iuris, quia impossibile est ut alveus fluminis publici non sit publicus l. 1 § 7 ff de fluminib. et glossa l. 7 § 5 ff de acqr. rer. dom. et § quod si naturali 23 I.t.

44.

Accessio artificialis est, quando nostris reb. humano labore aliquid accedit. Cuius ratio est, quod adiuncta ... cedere ... et accessorium sequatur naturam principalis, et necesse sit ei rei cedi quae sine illa esse non potest l. in rem 23 § sed et si ff de rei vindic. Haec autem est rei, vel mobilis vel immobilis. Rei mobilis accessio est triplex Specificatio, commixtio, scriptio. Specificatio est, quando ex aliena materia, opus aliquod conficitur priore forma mutata. Haec duplex est principalis et accessoria. Principalis specificatio est, quae ex aliena plane materia, novam plane producit speciem, ut si quis ex alienis uvis, aut olivis, aut spicis vinum aut oleum, aut frumentum fecerit vel ex alienis tabulis, navem fabricaverit seu vinum ex aliena ...

45

Haec a. species facta, vel ad priorem et rudem mam reduci pt, vel ō pt, si pt, eius ē q mae dnis erat d. § cum ex alienas v et post multam et — adeo 7. § cum qs 7. ff de acqr. rer. d. Quippe ea, q talis nae st, ut saepius in suam redigi possint initia, mae potentia victa, nunq vires eius effugiunt l. qntum ē 28 § illud 4 ff de rei vendic. si v. ō pt redire ad pristinam mam, tum species facta cedit, specificanti dictis textt. quoniam suam speciem in pristinam ō gtinet l. idem Pomponius n. § ff de rei vindic. sed in alram ea res translata ē l. qnitas 30 § 4 ff de acqr. posess. ~~Mutata a. forma, … definit 1.~~ 9 § 3 ff ad exhibendum.

46.

~~Accessoria specificatio~~ ē, qn qd alterius rei augendae vel ornandae ca, ita adiectum ē, ut prioris speciei formam amittat. Adiectum a. vel fit pars formalis eius cui accessit, vel tota forma ēē incipit. Pars fit formalis, qn qs, alienam purpuram, vestimento suo, intexuit, § si tn 27. s.t. Purpura n. pars fit vestimenti, l. cum aurum 19 § r. ff de auro et argento legato. Et semp cum qrimus, qd cui cedat, illud spectamus, qd cuius rei ornandae caa adhibetur ut accessio cedat principali. Cedent q gemmae, phialis, vel lancib. inclusae auro argentove, l. 19 § pveniamus 13 ff de auro et arg. leg. Nec refert quanti sit accessio, sive plus in ea sit, q in re ipsa cui accedat, an minus, plerasq n. res aliqn pp accessiones emimus l. si in emptione 34 in pr. ff de gtrahenda emptione. Tota v. forma ēē incipit, pictura tabulae alienae, adeo ut tabula picturae cedat, § si qs 35 s.t. et l. 9 § 2 ff de acqr rer. d. Idq fit pp ptium picturae, plerunq n. plus ē in manus ptio, q in re l. mulieris 13 § 1 ff de V. S. Nam ptium ō in substantia, sed in arte ē positum l. Labeo 14 ff d. V. S.

47.

Commixtio fit, qn duor dnor res eiusd. gnis miscentr, nec tn inde nova species fit. Comixtae a. hae res manent, vel in sua substantia, vel ō manent. Si illud mixtum ō fit commune, nisi consensu utriusq dni mixtura illa facta fuerit, § si duor 28, cum § seqn. s.t. Si v. hoc indistincte res communicant. d. § si duor 28 l. 7. § 8 et 9 ff de acqr. rer. d. et l. 7 § ult. ff de rei vindic.

48.

Scriptio ē, qn in aliena charta, vel tabula aliqd scrib,

scribitur vel stylo pingitur et tunc scriptura licet aurea sit, chartae et tabulae cedit § literae 34. I. t, et l. 23 § 3 ff de rei vindic. Si itaque scriptor vel chartam vel tabulam bona fide possideat, poterit dominus illam vindicare redditis tamen sumptibus d. § literas 34. in f. Si vero illam mala fide possideat cogitur eam restituere, non refusis sumptib. arg. § ex diverso 30 vers. Certe illud. I. t.

49

Rei v. immobilis accessio est triplex 1 aedificatio 2. implantatio. 3. satio seu seminatio. Aedificium in solo proprio, vel alieno positum, illius fit, cuius est solum, § ex diverso 31 I. t. quia omne quod solo inaedificatur, solo cedit, § cum in suo 30 I. t. Ut autem materiae domino consulatur videndum est, utrumque quis aedificet in suo solo ex aliena materia, an in alieno solo ex sua materia. Materia aliena est vel furtiva, vel non furtiva, illa iungitur vel a bonae fidei possessore, vel a malae fidei possessore, Si a bonae fidei possessore, tunc ille convenitur materiae nomine actione de tigno iuncto in duplum l. 1. § 10 ff de acqr. rer. dom. Si aliqua ex causa dirutum fuerit aedificium, dominus materiae si fuerit duplum consecutus, non competet rei vindicatio, et ad exhibendum actio, d. § cum in suo 30. I. t.

50.

Si a malae fidei possessore, tunc is convenitur praeter actionem de tigno iuncto, ad exhibendum rei vindicatione, et conditione furtiva l. 1 et 2 ff de tigno iuncto. Haec v. si a bonae fidei possessore iungatur pretius aestimatione competit in factum actio in simplum, l. 98 § ult. ff de solutionib. Qui ex sua materia in alieno tamen solo aedificabit idem est, vel bonae fidei, vel malae fidei aedificator, et vel est possessor aedificii istius vel non est, si est possessor potest adversus dominum qui non redditis sumptib. aedificium vindicare conatur, exceptione doli mali uti propter impensas. § ex diverso 31 I. t. et l. 14. § 1 ff communi divid. et l. 14 ff de except. doli mali. Si v. non est in possessione, tunc uti potest, condictione incerti, quod plus iusto solverit. l. 40 ff de condictione indebiti et l. 21 ff ad SC. Trebell. Haec v. nullam habet exceptionem, nullamque actionem ad recipiendos sumptus, neque diruto aedificio, vindicationem materiae, donasse enim eam videtur d. l. 7 § 12 ff de acqr. rer. d. nisi tamen probaverit, se non

ani

animo donandi ad. Fraste l. 2. C. de rei vendic.

§1.

Implantaõ fit, qñ qs ponit plantam ãlterius in suo solo, vel suam in alieno. Utrobiqz planta solo cedit, si nio utroqz casu radices egerit ff si Titius 32. §. t. et l. 2. ff fin. ff de acqr. rer. d. Raõ ẽ qa alio terrae alimento alia facta ẽ l. sed si 26. ff arbor ff de acqr. rer. dom. Implantaõi similis ẽ satio, nam et frumenta, q̃ sata sũt cedunt solo, ff qua raõe 33 §. t. oĩs n: fructus õ iure seminis, sed soli iure percipitur. Et hm̃ de accessione simplici.

§2.

Mixta accessio ẽ in fructib. ff si qs a õ dño 36. cum sequte et ff sed si gregem 39 §. t. de quo mõ infra plurib.

§3.

Tandem traditione acqruntr rer. dominia. Nihil n: tam conveniens ẽ nali aeqtati, q̃ voluntatem dñi volentis rem suam in alium transferri ratam hri ff p traditõem 41 §. t. sive ipse dñus tradat alteri rem suam, sive alius dñi voluntate ff nihil a. 41. Traditio a. duõ ẽ, vel vera vel q. Vera ẽ q̃ fit ipso actu et corpore d. ff p traditionem fi. Quasi v. traditio, magis fit affectu, q̃ corpore, de qua agitr in ff interdum 44 §. t.

Qr 4 Tris.

QVÆSTIONES.

1 Num q scalis admotis muros in municipiis transcendunt ultimo supplicio sint afficiendi?

2 Num rer. incorporalium pprie. loquẽdo sit dominium?

3 Num dominium recte dividatr in directũ et utile?

4 Num pictura cedat tabulae?

5 Num bonae fidei possessor, sola separaõe a. pceptione acquirat fructus nales?

6 Quis sit genuinus sensus l. fructus pcipiẽndo 45. ff de Usuris?

7 Num fructus nales, et industriales, separaõe, et pceptione acqsitos bonae fidei possessor cogatr dño supveni, eos restituere?

8 Quinam dicantr fructus consumpti in ff si qs a õ dño 26. §. t. de qbus dñus supveniens, agere õ pt.

9 Cui acqratr Thesaurus inventus?

10 Num ad transferendum dñium vacuae possessionis reqratr traditio?

QVÆ.

QVAESTIO I.

An q scalis admotis, muros in municipiis transcendunt ultimo supplicio sint afficiendi?

Opiniones dd. duae.

Circa hic sese offerunt dd opiniones, prior capitalem poenam imponit, posterior v. arbitrariam dictitat, vel relegationis, vel carceris, vel duntaxat pecuniariam, habita ratione circumstantiarum. prioris opinionis fundamenta haec sunt. I Qui sanctum violat, is capite puniendus est, § sancte quoque 10 S. I. sed qui muros municipales violat, is sanctum violat. Nam in municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert in l. sanctum 8 § in municipiis 2. ff de div. rerum. Unde et ius municipiorum sanctum dr l. mortuorum 12 C. de relig et sumpt funerum. Ergo qui muros municipales violat, capite puniendus erit.

Argta primae opinionis I.

Responsio ad argtum. 1um

Cui argto respondeo, tam quo ad maiorem propositionem, quam quo ad minorem. Maior propositio si generaliter de omni sancto accipitur falsa est, quia omnes leges sanctae sunt l. sacrae § proprie 3. ff de div. rerum nec tamen omnium legum violatores, sine discrimine capite puniuntur l. moris est g. § iste fere 11 ff de poenis, ni si in illud Stoicorum, quod delicta aequalia sint, incidere velimus. Et notabiliter additur in d. l. sacra § proprie 3. quod interdum (ergo non semper) in sanctionibus adiiciatur, ut qui ibi aliquid commiserit capite puniatur. Si vero propositio illa restringatur ad muros omnes, ut comprehendat et municipales, non legitur unde illa extensio. Nullum n. verbum in d. § sancte 10 de municipiis, sed tantum de muris civitatis. Civitatis a. nomine indefinite posito, non venit municipium, a. civitates municipalis, sed Roma. § sed ius qd. 2 ? de I. N. G et C. l. 1 in verbis ab initiis urbis, et l. 2 § 1, in verbis civitatis nrae ff d. O. I. Unde Cic. 2. de natura Deorum muri urbis, ait, quos vos Pontifices sanctos esse dicitis. Ergo poena et capitis cuius mentio fit in d. § sancte 10 respiciebat adeoque tantum, qui in muros civitatis, hoc est urbis Romae delinquunt. Ad minorem respondeo, quod in municipiis muri sancti sint non proprie, sed abusive l. bona 15 et l. seq. ff de V. S. Maiora propositio loquitur de sancto, quod proprie loquendo tale est.

Hn argumentantur hoc modo: Ubi ubicunque est ead. ratio, ibi quoque ead. est iuris dispositio l. illud 32 in pr. ff ad l. Aquiliam. Sed ratio quae suasit, ut qui transcendunt muros urbis Romae ultimo supplicio

plures afficiant, locum quoque sit in municipiis. Ergo pœna quoque capitalis, locum habebit in municipiis. Minor probat quia cives Romanos alia quam per portas egredi non licet l. fin. ff de div. rer. Atque in orbe Romano qui sunt et sic et cives municipales ex constit. Imperatoris Antonini cives Romani sunt effecti l. in orbe 17. ff de statu hominum. Hic et municipalibus, alia quam per portas egredi licet, d. l. sanctum 8 § 2. et d. l. 9 § 4. ff de div. rer. Deinde ratio quae consistit in verbis d. l. fin. cum illud hostile et abominandum sit competit quoque municipiis, quorum securitas, aliter retineri vix potest quam si violatores, murorum capite puniantur. Sed dici potest, quamvis verum sit quod municipales non alia quam per portas egredi debeant, et si hoc fiat ut illud et hostile sit, tamen quoniam id Romae maius est delictum, propter maius periculum, cui exponitur caput summum, quod ibi resi- det l. 1 § 1 ff ad l. Juliam maiestatis, et l. relegatus 19 ff de in- terdictis et releg. utique et maiore pœna delictum illud Ro- mae commissum, vindicandum erit, mitiori vero pœna in aliis civita- tibus, ut pœnae delictis respondeant l. perspiciendum 11 ff de pœnis. Nam ubi periculum maius intenditur, ibi procul dubio plenius est consulendum, lege 15 sed si quis ff de Carboniano edicto, et c. ubi periculum 3. in pri. de electione et electi potestate in 6. Huc facit, quod Roma dicitur communis nostra patria. l. Roma 33 ff ad Mu- nicipalem l. 2 C. de Consulib. l. 12 et d. relegatus 19, et caput orbis terrarum l. 3. C. de Coss. Merito itaque arx et asylum illud omnium populorum et civitatum. § fin. infra de satisdationib. prerogativa quadam ad quam videtur respicere d. l. fin. ff de div. rer. gaudere debet. Unde cum ius singulare ~~omnino~~ producendum non sit ad consequentias l. quod vero 14 ff de LL. male quoque aliae civitates consuetudinem urbis Romae sequi iubentur ex eo quod le- ges omnes sint generales l. 3. C. de LL.

Tandem: si ex diversitate locorum aliquod inducitur discrimen, sa- tis absurdum videtur, sequitur ut quod obtinet pœna Romae eadem et in reliquis civitatibus obtinere debeat, sed prius est verum per l. fin. C. de temporib. in integrum restit. Unde et dicitur in l. cum interdum 7 ff de institoria actione, quod non mutet causam actionis locus vendendi emendive. Ergo et posterius. Sed ad maio- rem probationem videndo, illam procedere, si discrimen velimus in-

du-

Crimen laesae maiestatis capitale est puniendum.

Transcendere muros municipii etiam est crimen maiestatis, ergo est puniendum capitaliter. Maior probatur toto titulo et per l. 1. 2. et 3. ff ad l. Juliam ... Minor probatur ex d. l. 1 ... ad l. ... maiestatis: ubi dicitur, maiestatis crimen illud est quod adversus populum Romanum, vel ... securitatem ... committitur. iam ~~[illegible]~~ ... Atque transcendere muros est adversus securitatem ... populi Romani peccare. Ergo ... si dicas hoc tantum in civibus Romanis procedere, l. in orbe ff de statu hominum. resistere debet, ubi dicitur in orbe Romano qui sunt ex constit. Imperatoris Antonini cives Romani effecti ...

ducere, ex sola locor. diffa, q. vel hic locus o. st ille locus
et hoc phibitu e in d. l. fin. secus e, si alia concurrit cir.,
cum stantia, q. diversum ius suadet. Illa a. hic e q Roma sit
Imp. patoris sedes, q Roma sit caput orbis terrarumque. Sic pcon.,
sul portam Romae ingressus deponit imprium l. fin. ff. de off.
pconsulis, q tn statim atq; urbem egressus e, iterum accipit.
l. 1 ff. eod. q. a in urbe pconsul offo magistratus o. fungit.
Sic hoc quoq; evenit, ut ex diffa loci, aliq. discrimen ob.,
servet in poenis infligendis, o. tn quatenus alius locus hic
e ab illo, sed q. a ibi frequentius e, id genus maleficii, l. aut facta
§ fin. ff. de poenis et l. 1 fin. pr: ff. de abigeis, et hanc sen,
tentiam defendunt stolom Nicasius Gilkenius. in d. §
sancta Gebdeus in l. 8 ff. d. V. S. n. 13 et Ludovicus Roma,
nus singulari 239.

Q 25 Unis. 5. 4.

Posterioris v. sniae argta, haec st. I° q a d. l. fin. ff. de div. rer. loqr
tm de Roma, unde firmiter colligi ptst vocem civitatis, q occurrit
in d. § sancta 10 positum ee p ipsa Roma. Quod a. d. l. fin. accipi
debeat de urbe Roma, id satis declarat extum Romuli et Remi
quorum ibi fit mentio. Et quis Gilkenius d. to n. 7 conetr de,
monstrare d. l. fin. loq o tm de urbe Roma veram et, de aliis
oib. civitatib. tn languida st ipsius argta, qn. dicit, verba d. l. fin.
cives Rom. alia q p portas re. o illam hic interplaoem, ut p
illa ius singulare in civitate Rom. gstituat, sed ideo plata ee,
ut tantu melius extum, q de Remo subnectit applicari possit,
id parum inter se cohabet, q a ideo subiecit Jctus Romuli
et Remi factum, ut demonstraret, de aliis muris in pcedentibus
actum fuerit, ex ta n: regulam declarat et Glossa et Bd. in §
ligs in aliena tabula 33. in verbis picturam Apellis J. d. t. Nec
obstat q idem regerit, ex ta legem o restringere l. 2 § q foliorum
ff. de vi et vi armata et l. scire oportet 13 § q o 12 ff. de ex.,
cusat. tutor, hoc n: pcedit, in iis extis, q alias valde st greni,
entia l. 1 § 5 V casum ff. de postulando, et tunc initium legis
vel gstitutiois, q genera e, merito ad similes casus pducit arg. l.
regula 9 § fin. V et licet municipu ff. de iuris et facti ignor.
Extum a. Romuli et Remi, valde singulare et particulare e;
quare q dicta st in d. l. fin. ultra Romam o erunt extenden,
